Declaratio. 18.
Declaratio. 19.
Declaratio.20.
32 L.1.tit.2.lib.5.ordinamen.
33 Informe teſtamentum per teſtem probari poteſt,noua declaratio.
34 Declaratio.l.29.del encabc.ut probationis forma omiſſa uitiet.
35 Teſtes debent intelligere contenta in teſtamento,cum communi.
36 Teſtamentum iam conſcriptum debet relegi coram teſtibus,cum communi.
37 Tabellionis ſignum an in teſtamento requiratur.
38 Limit.1.
39 Limit.2.
40 Limit.3.
41 Limit.4.
42 Teſta. ordinatum inter teſtatorem & tabellionem ſi antequàm teſtes deuenirent obijt teſtator,an ualeat.
43 Declaratio.1.
44 Declaratio.2.
45 Declaratio.3.).·.(
46 Declaratio.4.
47 Declaratio.5.
48 Declaratio.6.
49 Declaratio.7.
50 Declaratio.8.
51 Declaratio.9. ⁝⁝⁝
52 Declaratio.10.
53 Declaratio. 11.
54 Declaratio.12.
55 Declaratio.13.
56 Declaratio.14.
57 Declaratio.15.
58 Teſtes debent eſſe præſentes toti teſtamẽto, cum communi.
59 Probatio membratim admittitur in actibus inter uiuos.
60 Limit.1.
61 Neceßitatis cauſa relaxatur ſolennitas teſtandi, cum communi.
62 Limit.2.
63 Limit.3.
64 Limit.4. (·.·)
65 Limit.5.
66 Limit.6.
67 Limit.7.
68 Limit.8.
69 Limit.9.
70 Limit.10. (·.·)
71 Limit.11.
72 Limit.12.
73 L.2.tit.2.lib.5.ordinamen.
74 Limit.13.
75 Limit.14.
76 Limit.15.
77 Limit.16. (·.·)
78 Limit.17.
79 Limit.18.
80 Limit.19.
81 Princeps poteſt donationem reuocare,
82 Teſtamentum unico contextu fieri debet, cum communi.
83 Limit.1.
84 Limit.2.
85 Limit.3.
86 Limit.4. (·.·)
87 Limit.5.
88 Limit.6.
89 Limit.7.
90 Limit.8.
91 Limit.9. (·.·)
92 Limit.10.
93 Limit.11.
94 Limit.12.
95 Limit.13.
96 Limit.14. (·.·)
97 Limit.15.
98 Limit.16.
99 Limit.17.
100 Limit.18.
101 Limit.19. (·.·)
102 Limit.20.
103 Forma in dubio præſumitur ſubſtantialis, cum communi.
104 Formæ omiſsio,etiã in minima parte,uitiat diſpoſitionem.cum communi.
105 Formæ nil addi,aut detrahi poteſt, cum communi.
106 Formam negligens,actum inanem facere uult.
107 Forma incommutabilis inducitur per clauſul. anullatiuam, cum communi.
108 Forma non impletur æquipollenter,cum communi.
109 Formæ nil addi poteſt.
110 Intell.l.1.titulo delos teſtamentos.lib. 5. ordina.
111 Teſtamentum quod ut in ſcriptis ualere nõ poterat ut teſtator cogitauerat,an ualeat ut nuncupatiuum,noua declaratio.
112 Declaratio.l.3.Tauri.
113 Declaratio.l.1.titulo delos teſtamen.lib.5.ordinamen.
114 Intell.l.ſi quis.in prin.ff.de leg.3.
115 Declaratio.l.5.in quaterno alcaua.cuius tranſgreßio non uitiat contractum.
116 Declaratio. l.16.in quaterno alcaua.& an eius tranſgreßio uitiet.
117 Declaratio.l.5. in quaterno alcaua. & an eius

transgreßio uitiet.

118 *Declaratio.l.16.in quaterno alcau.ut eius transgreſſor peccet, & uitiet in contracti.*

119 *Teſtium ſubſcriptiones requirit teſtamentũ.Fallit in.20. caſibus denuò conſideratis.*

120 *L.3.Tauri.*

121 *L.2.tit.de los teſtamentos.lib.5.ordi.*

122 *Subſcribens an æquiparetur totum ſcribenti.*

123 *Tabellio an propria manu teſtamentum debeat ſcribere.*

124 *Subſcriptio etiam in executiuis exæquatur ipſi ſcripturæ,cum communi.*

125 *Tabellionis ſignum eſt neceſſarium in inſtrumentis.*

126 *Aduocatus quãdo in teſtamẽto teſtis eſſe poßit, uel illud dolo defendere,uel ſalarium immenſum recipere.*

1 *Teſtes eſſe debẽt in cõſpectu teſtãtis,cũ communi.*

DEINDE &. 9. requiritur,q̃ teſtes ſint in conſpectu teſtantis. Iſta eſt vera & communis opi. vt reſoluũt Decius cõſi. 354.In caſu propoſito.n. 1.& Pariſi.conſi.33.col.1.lib.2.Bald.in.l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamen.Iaſ.in dict.l.ſi nõ ſpeciali.in primo. &.3. notabili.Corn. conſi.18.In nomini domini.lib.2.num.4. Fulg.in dict.l.ſi non ſpeciali. Bart. Salice. Paul. & Bened. de Plumbi. in eadem.l. ſi non ſpeciali.Imol.& Abb.in cap.2.de cõſuetudine.& eſt cõmunis opi. ſecundùm Corn.vbi ſuprà.num.6.Alex.& Cinus in dict.l.ſi non ſpeciali.num.6.

2 *Teſtamentum non ualet, ſi ſit paries inter teſtes & teſtatorem,cum communi.*

Vnde infertur,q̃ ſi inter teſtes & teſtatorem eſſet paries,vel murus, tunc teſtamentum non valeret, etiam ſi teſtes notam haberẽt vocem teſtatoris. Iſta eſt cõmunis opi. ſecũdùm Alex. vbi ſuprà. nu. 6.& ſecundùm Pariſium vbi ſuprà. & ſecundùm Iaſ.num.7.in.d.l.ſi non ſpeciali. Cinus in.l.teſtium.4.quæſtione.C. de teſtib.& Albe.in.d.l.ſi non ſpeciali. reprobata glo.quę contrarium tenet in.l.2.§. idem Labeo.1.in verbo, audierint. ff. de aqua pluuia.arcenda.& probatur hæc cõmunis op.in.d.l.ſi non ſpeciali. ibi,in conſpectu teſtatoris.& in.l.ſi vnus. C. de teſtamen.in verbo,coram teſtatore.

3 *Teſtes non eſt neceſſe, q̃ uideãt cõtrahẽtes,cũ communi.*

Et hæc communis opi.limitatur.1.vt non procedat in actibus inter viuos. Ita tenet glo.in.d.§.idem Labeo.quam communiter approbatã dicunt Iaſ.n.9.in. d.l. ſi non ſpeciali.& ibi Alex.n.6.tenent Bar. Paul.& Imol.in.d.§.idẽ Labeo.tenent cõmuniter Canoniſtæ in.c.ex literis.de conſuetudine.& in.c.præterea.& teſtib.Abb. in.c.cùm cauſam.eod.tit.Bal.in.l.cõuenticulam.colũ.7.C.de epiſcopis & clericis. Innocen.& Ioann.And.in dict.cap. præterea.& illa glo.eſt ſingularis ſecundùm Alexand.vbi ſuprà.Neq; ad rem pertinet tex.in.l.teſtium.in verbo, præſto fuerint. C. de teſtibus. vbi etiam in actibus inter viuos teſtes debent eſſe præſentes. Nam ex legis interpretatione præſens eſſe videtur,qui audit,& intelligit.vt in.l.1.in princi.ff.de verb.oblig.& in.l.diem.§. coram. ff. de arbitris. ſecundùm Alexãd. vbi ſuprà. Contrarium tamen tenet Pontanus in dict.l.ſi non ſpeciali.& Corn. conſi.18. Principale dubium.num.7.libro.2.cuius fundamenta ex ſuperioribus facilè refutantur.

4 *Teſtes non eſt neceſſe q̃ uideãt cõtrahẽtesmatrimonium cum docto. aut debitum confitẽtem.*

Vnde infertur, quòd ſi vir, & mulier erant in certo cubiculo incluſi, & teſtes, qui erant extra cubiculum, audierunt q̃ vir dixit,Deſponſo te in vxorem. & vxor dicit, ſum contenta. probãt, licèt murus eſſet in medio. Ita tenet Speculator in titulo. de teſtamen.§.1.verſic. quid ergo ſi viro.ſequitur Iaſ. vbi ſuprà num.9.

Vnde infert idem Iaſ.& Paul.in dict.l. ſi non ſpeciali.in fi. quòd ſi creditor fecit venire duos teſtes, quos incluſit in cubiculo vicino,vel contiguo,deinde interrogauit debitorem,an deberet ſibi centum, & quia iſte debitor nullos vidit ibi aſtantes,cõfeſſus eſt debere ſe illa centum,certè illi teſtes probant, ſi deponunt notam ſe habere vocẽ debitoris confitentis, etiã ſi eſſet murus intermedius. Et eſt pulchra,& vſitata cautela ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà. quam & nos ipſi ſæpiùs in vſu forenſi relatam vidimus.

Cæterùm

5 Cæterùm ſi vox nota non eſſet, & factum noctu accidiſſet, tunc teſtes qui deponerent ſe vidiſſe, tanquam falſarij repellerentur, ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà. nu. 10. & Bald. in dict. l. ſi non ſpeciali. col. 1. Bald. & Angel. in. l. ſi cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus cauſa. & Bald. in. l. Arethuſa. ff. de ſtatu hominũ. & in. l. de quibus. ff. de legibus. idem Bald. in. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & in capit. 1. §. porrò. quæ fuerit prima cauſa beneficij amittendi. & in. l. non ignorat. C. qui accuſare non poſſunt. Angel. in. l. 1. §. interdum. ff. ſi pars hæreditatis petatur. poſt alios, quos allegat Iaſ. vbi ſuprà. Quæ nota, qa ſæpe imperitos iudices malefi ciorum contrarium obſeruaſſe vidimus in cauſis etiam capitalibus, in certiſſimam animarum ſuarum perniciem.

Teſtes deponentes ſe uidiſſe quod nocte fit, ſu ſpecti ſunt, cum cõmuni.

6 Secũdò limita. vt non procedat in co- *Limita. 2.*
dicillis, ſecundùm Iaſ. num. 8. in dict. l. ſi non ſpeciali. & ibi Alexand. nu. 7. & Matheſelanus in notabili. 123.

7 Tertiò limita. vt non procedat in do- *Limita. 3.*
natione cauſa mortis, ſecundùm eund. Alexan. Matheſelanum. & Iaſ. vbi ſuprà. qui ſubdit in hoc nullum reperiri contradictorem.

8 Quartò limita. vt non procedat, vbi *Limita. 4.*
per ſtatutum ea ſolennitas, vt teſtes viderent teſtatorem, remiſſa eſſet. Ita tenet Pariſi. conſi. 33. Et ſi prima facie. col. 2. lib. 2. & eſt ex mente & ſententia Bart. & cõmuniter docto. in dict. l. ſi non ſpeciali. ſecundùm eundem Pariſi.

9 Quintò limita. vt nõ procedat, vbi prin- *Limita. 5.*
ceps cum hac ſolennitate diſpenſaret ſecundùm eundem Pariſium vbi ſuprà. & eſt ex mente & ſententia Bart. & cõmuniter docto. in dict. l. ſi non ſpeciali. ſecũdùm Pariſi. vbi ſuprà. Quod autem diximus, quòd teſtes teſtamentorum oportet teſtatorem vidiſſe, id impugnat Decius conſi. 354. In caſu propoſito. per tex. in. l. hac conſultiſsima. in verbo, in eundem modum. C. qui teſtamenta facere poſſunt. & in. l. 2. §. codicillorum. ff. de iure codicillorum. & in. l. omne verbum. C. communia delegat.

Retenta tamen ſententia Alexan. Iaſ. & Matheſelani, vt hæc ſolennitas videndi teſtatorem non ſit neceſſaria in codicillis, infertur

10 Sexta limitatio, vt idem ſit etiã in te- *Limita. 6.*
ſtamento, quod habet clauſulam codicillarem. Nam tale teſtamentum etiam ſi teſtes non viderint teſtatorem, valebit in vim codicillorum, ſecũdùm eoſdem. Quod vtiliſsimum eſt, quia de conſuetudine notariorum omnia teſtamenta habent clauſulam codicillarem, ſecũdùm Iaſ. vbi ſuprà.

11 Septimò limitatur, vt non procedat, *Limita. 7.*
ſi lex, vel conſuetudo diſpenſat cum hac ſolennitate, non ſecùs, quàm ſi princeps diſpenſaret. argumento legis primæ. ff. de conſt. principum. iuncta. l. de quibus. ff. de legib. præſertim cùm hæc ſolennitas ſit de iure poſitiuo, vt diximus ſuprà. §. 2. num. 1. cum ſequent. & §. 1. in princip. poſt præl.

12 Octauò limita. vt non procedat in tẽ- *Limita. 8.*
ſtamẽto militis, in quo (vt iam diximus, & infrà repetemus) ius gentium obſeruatur, non ſecùs, quàm in actibus inter viuos. Vnde cùm ſecundùm communẽ opinionem ſuprà relatam in actibus inter viuos non ſit neceſſe, quòd teſtes videant contrahentes, ſimiliter nõ erit neceſſe quòd videant militem teſtantem.

13 Nonò limita. vt nõ procedat in teſta- *Limita. 9.*
mento facto à patre inter liberos, in quo ſecũdùm cõmunẽ opinionem ſolẽnitas tantùm iuris gentium obſeruatur, non ſecùs, quàm in actibus inter viuos. vt in l. fin. C. familiæ herciſcundæ. & in. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtamen. Vnde cùm ſecundùm communem opinionem ſuprà relatam in actibus inter viuos hæc ſolẽnitas non ſit neceſſaria, non quoq; neceſſaria erit in teſtamento inter liberos.

14 Decimò limita. vt hæc ſolennitas nõ
Limita.10. ſit neceſſaria in teſtamento ad pias cauſas, quod (vt ſæpe admonuimus) ſolennitatem tantùm iuris gentium deſiderat non ſecùs, quàm actus inter viuos. Vnde vt in actib⁹ inter viuos hæc ſolẽnitas non deſideratur, ita quoque in hoc teſtamento neceſſaria non erit.

15 Vndecimò limita. vt nõ procedat in
Limita. 11. teſtamento peregrini, in quo ſolennitas tantùm iuris gentium deſideratur, non ſecùs, quàm in teſtamento militis, vel in actibus inter viuos. vt docuimus ſuprà.

16 Et ita intelligo. l. ſecundã. titulo ſecun
L. 2. titu. 2. libr. 5. ordi. do. libro quinto ordinament.

Vnde vt in actibus inter viuos ſecundũ communẽ ſententiam hæc ſolẽnitas non requiritur, ita quoq; in hoc teſtamẽto neceſſaria non erit.

17 Duodecimò fortè limitari poteſt, vt
Limita. 12. non procedat in teſtamẽto facto coram presbytero parochiali, in quo ſolennitas tantùm iuris gentium deſideratur. vt in capit. cùm eſſes. de teſtamentis. ſecundùm vnum intellectum. vt traditur ibi per omnes doctor. preſertim nouiſsimos.

Vnde vt in actibus inter viuos, qui ſolẽnitatem tantùm iuris gentium deſiderant, hæc ſolennitas neceſſaria non eſt, ita quoque in hoc teſtamento neceſſaria non erit.

18 Decimotertiò limita. vt non proce-
Limita. 13. dat in teſtamento facto tempore peſtis, quod teſtamentum regulariter deſiderat ſolennitatem tantùm iuris gentium, non ſecùs, quàm actus inter viuos, vt iam ſuprà diximus, & etiam dicemus. Et conſequenter vt hęc ſolennitas, quòd teſtes videant contrahentes, neceſſaria non eſt in actibus inter viuos, vt ex communi opinione iam retulimus, ita quoque neceſſaria non erit in huiuſmodi te-

19 ſtamento facto tempore peſtis.

Limita.14. Decimoquartò limita. vt non procedat in teſtamento facto tempore belli, in quo ſola ſolennitas iuris gentium ſufficit, non ſecùs, quàm in actibus inter viuos, vt & iam diximus, & dicemus: & conſequenter in tali teſtamento hæc ſolennitas non deſideratur, non magis, quàm in actibus inter viuos.

20 Decimoquintò limita. vt non proce- *Limita. 15.*
dat in teſtamento facto in carcere tyranni, quod ſolennitatem tantùm iuris gentium exigit, non aliter, atque actus inter viuos, vt diximus, & dicemus.

Vnde hæc ſolennitas videndi teſtatorem in tali teſtamento neceſſaria non eſt, non magis, quàm in actibus inter viuos, vbi non oportet teſtes vidiſſe contrahentes, vt iam monſtrauimus.

21 Decimoſextò limita. vt non procedat *Limita.16.*
in teſtamento facto, vbi eſt teſtium penuria, in quo regulariter ſufficit ſolennitas tantùm iuris gentium, non aliter, atque in actibus inter viuos, vt & diximus, & dicemus per legẽ. vt gradatim. §. primo. ff. de muner. & hono. Vnde in tali teſtamento hæc ſolennitas, quòd teſtes videant teſtatorem, neceſſaria non eſt, non magis, quàm in actibus inter viuos, in quibus neceſſe non eſt teſtes vidiſſe contrahentes.

22 Decimoſeptimò limita. vt non pro- *Limita.17.*
cedat in teſtamento principis. argumento legis. omnium. C. de teſtamentis. Nam cùm ibi ſufficiat ſolennitas iuris gentium, vt docemur ex ſuprà dictis, ſupereſt, vt hæc ſolennitas in eo teſtamento neceſſaria non ſit, non magis, quàm in actibus inter viuos, in quibus ſolennitas hæc, quòd teſtes videant contrahentes, neceſſaria non eſt.

23 Decimooctauò limita. vt non pro- *Limita. 18.*
cedat in teſtamento à quocunque facto coram ipſo principe, in quo ſola ſolennitas iuris gentium ſufficit. vt in dicta lege. omnium. non ſecùs, quàm in acti-

in actibus inter viuos. Vnde in eo testamento, quòd testes videant testatorem, necesse non erit, nō magis, quàm quòd testes videant contrahentes.

24 Decimononò limita. vt non procedat in testamento facto ab eo, qui habet merum imperium eo loco, vbi testamētum fiebat. Nam cùm regulariter tale testamentum nullam solennitatem desideret, præter solennitatem iuris gentiū, vt & suprà attigimus, & infrà latiùs dicemus, tale testamentum non desiderat, q̄ testes videant testatorem, non magis, quàm actus inter viuos, qui secundùm communem opinionem suprà relatam non requirunt, vt testes videant contrahentes.

Limita.19.

25 Vicesimò limita. vt non procedat in testamēto facto apud acta iudicis. Nam cùm tale testament. non desideret nisi solennitatem tātùm iuris gentium, vt iam attigimus, & latiùs, pleniusq̄; posteà docebimur, certè id testamētum nō exigit, quòd testes videant ipsum testatorem, quemadmodum in actibus inter viuos secundùm communem sententiam suprà relatam non desideratur contrahentes vidisse testes. & argumento. l. omniū. C. de testament. Deniq; admonendi sumus hoc requisitum, quòd testes videāt testat. sintq̄; in conspectu ipsius testatoris, commune esse omnium testamentorum formalium, licèt aliud in informibus. Quæ omnia nota, quia nec inuenio collecta, nec declarata. Quod autem superius diximus per. l. posse dispensari cū hoc requisito & solennitate, vt testes videant testatorem, licèt aliquantulum suspectum videatur, & durum, tamen magis est vt admitti debeat: quia legis summa potestas est, quæ licèt dura videatur, vim legis habere nō desinit. l. prospexit. ff. qui & à quibus. Idem si sit quodammodò captiosa. l. vnica. in princip. &. §. 1. C. de caducis tollē. Bald. in. l. non omniū ff. de legib. & in capit. 1. in princip. de feudi cogna. idem Bald. in rubri. de constit. colum. 2. plenè Tiraquel. de vtroq; retractu. in princip. nu. 75. vbi plures allegat.

Limita.20.

26 facit. l. 1. cum ibi notatis. C. de testam. Facit, nam etiam lex potest facere, vt nobilitas, quæ regulariter descendit à patre, etiam à matre possit deriuari. Quod & consuetudo facere posset, secūdùm Bart. in. l. 1. colum. penult. C. de dignit. libr. 12. Quem & alios refert, & sequitur ingeniosissimus Io. Arcius ab Otalora, olim collega meus, hodieq̄; Senator meritissimus in prętorio Vallisoletano. in tract. de nobilitate. part. 2. capit. 2. ad fin.

Nobilitas potest etiā à matre deriuari.

27 Nam & similiter licèt successiones regulariter sint diuiduæ. l. tamen, vel consuetudine fieri potest, vt successionum quædā indiuiduæ sint. Quale est, & quotidie videmus in Ducatibus, Marchionatibus, & Comitatibus. vt per Bal. & Matthæum Afflict. & alios in capit. 1. §. præterea. per tex. ibi. de prohibita feudi alienatione. per Fredericum, Rodericū Xuarez in. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamento. super lege regia ibi adiuncta. fol. 82. cum præcedenti & sequenti. Alexand. cons. 25. libr. 5. Socin. cō sil. 67. libr. 1. idem consi. 165. libr. 2. Curti. iuni. de feudis. 4. parte. quæstion. 30. Iaſ. in. l. stipulationes non diuiduntur. num. 31. ff. de verborum obligatio. Tiraquell. de primogeni. quæstione. 4. nu. 21. Curti. Senio. consi. 68. quod in regno eadem. l. vel consuetudo longè faciliùs admittere & potest, & decet, & omnium ferè gentium vsu receptum est. vt per Tiraquell. in dict. quæst. 4. n. 22. per Albe. in. l. bene à Zenone. col. 2. nu. 6. C. de quadrien. prę scrip. facit tex. in. c. in apib⁹. 7. q. 1. c. licèt. de voto. Quinimò glos. in. d. c. in apibus. vult regni successionem diuidi non posse. plenè per Tiraquel. vbi suprà. per Bal. in simili in authent. hoc amplius. num. 8. C. de fideicommiſ. Hieronymus Lusita. de nobilitate ciuili. post principi. Corsetus de potestate regia. quæst. 71. Quod & in

Regnū, Patus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, non diuidūtur cum cō muni.

& in ſummo Pontificatu ſeu Papatu expeditius eſſe videtur. vt plénè per Martinum Nauarrum in capit. nouit. 3. not. n. 104. de iudicijs. Aliquid in ſimili per Coraſ. Miſcellanearum libr. 5. capit. 15. Tiraquel. vbi ſuprà gloſ. elegans in capit. non autem. 7. quæſtione. 1.

Verùm licèt per legem hæc immutari poſsint vtcunque formalia ſint, tamé per hominem immutari non poſſunt. l. codicillis. §. fin. ff. de legat. 2. l. nemo poteſt. ff. de legatis. 1. Quod & in iudicibus etiam ſummis procedit, qui formam iudiciorum inuertere nequeunt. vt dixi ſuprà. §. 6. num. 4.

28 *Declaratio l. 31. del encabe. ut formæ omiſsio nitict, licèt l. diſpoſitiuè loquatur.*

Vnde infertur, quòd oneris diuiſio, quæ fit inter contribuentes in terminis l. 31. en el quaderno del encabeçamiéto, quæ quidem diuiſio fieri debet ſub ſolé ni longaq; illius legis obſeruatione, ipſo iure non tenebit, nec obligabit ipſos cõtribuentes, ſi aliqua ex parte minuatur ea legis obſeruatio, eiuſq; forma prætermittatur, licèt diſpoſitiuè tantùm loquatur, nec ibi ſit vlla clauſula anullatiua. Quòd ſi contribuentium quiſquam ex tali oneris diuiſione ſe nimis oneratum dicat, tunc iubet lex eoſdem actores rem reficere, ſeu reuidere. Et ſubdit hæc verba. por manera quel dicho repartimiento quede bien y juſtamente hecho, è cõforme à el cada vno pague lo que le cupiere. Quorum verborum ſenſus eſt (ſi non fallor) vt poſt illam ſecundam inſpectionem omnis aditus ad illam querelã occludatur, & iure, cùm illi actores ex illius legis præcepto ſint illius rei peritiſsimi. ergo. &c. argument. l. inter artifices. ff. de ſolut. l. 1. §. fin. cum ibi not. ff. de verborum obligat. Et tamen etiam poſt illã ſecundam inſpectionem licèt executioni mandetur, tamé ſæpe vidimus denuò eadem de re agi controuerſiam coram ſummis regis rationalibus.

Deinde &. 10. requiritur quòd teſtis teſtamento adhibitus non ſit cæcus. Nã

29 ſi cæcus eſſet, ipſum teſtatorem videre non poſſet, quod regulariter neceſſe eſt vt teſtamentum valeat. Iſta eſt vera & cõmunis opin. quam reſoluit Corn. conſil. 18. nu. 5. libr. 2. Cinus, Alber. Butrigarius, Bart. Bald. Salicetus, Fulgoſ. Paul. Corne. Alexand. & Iaſ. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtamentis. per text. ibi in verbo, in conſpectu teſtatoris. & in l. ſi vnus. eod. titu. in verbo, coram teſtatore. & reſoluit Decius conſ. 354. In caſu propoſito. colum. 1. Cæterũ quòd ipſe teſtator videat ipſos teſtes, qui ſuo teſtamento rogati adhibẽtur, id neceſſe nõ eſt ſecundùm pleroſq; eorum, quos ſuprà retulimus, nam aliàs cæcus non poſſet facere teſtamentum, contra text. in l. hac cõſultiſsima. C. qui teſtamenta facere poſſunt. & in. §. cęcus. Inſt. de teſtam. cum ſimilibus. Deniq; hoc requiſitum, q̃ teſtis non ſit cæcus, commune eſt omnium teſtamẽtorum formalium. *Cæcus teſtis eſſe non poteſt in teſtamento, cum communi.*

Quid autem ſi vnus ex teſtibus, qui in aliquo teſtamento priuilegiato neceſſarius eſt, cæcus eſſet, an vitiaretur teſtament. illud priuilegiatum, non ſecùs, q̃ quodlibet teſtament. regulare? Et magis eſt vt vitietur. Primùm, quia lex generaliter loquens, comprehendit caſus etiam ſpeciales, teſtamentaq; ſpecialia, ſi in caſu illo, quo de agitur, nõ reperiantur habere peculiare priuilegium. l. in fraudẽ. §. fin. ff. de milit. teſtamen. l. 1. &. 2. ff. de legib. capit. erit autem lex. 4. diſtinct. l. 1. & l. 3. titul. 4. libr. 1. ordinamen. eſt communis opin. vt diſſerimus. §. 35. num. 5. ſed in hoc caſu in nullo teſtamentorum reperitur quid ſpecialiter cautum. ergo. &c. Deinde, quia concurſus priuilegiorum non debet admitti. argumento. l. 1. cum ibi notatis. C. de dotis promiſsi. ergo ſufficiat priuilegium quo ad numerum teſtium, nec præterea addamus priuilegiũ circa qualitatem cæcitatis teſtium. Tertiò, quia priuilegia ſunt interpretanda ſecundùm ius commune. capit. cauſamq;.

de re-

de reſcript.l.ſi quãdo. in prin.C. de inof. teſtamento.vbi Iaſ.poſt alios.Alex.cõſil. 33.libr.1.Abb.in dict.capit. cauſamq;.facit.l.11.titul.10.libr.6.ordinament.

Sit ergo concluſio,quòd cæcus in teſtamentis etiam priuilegiatis teſtis eſſe non poteſt,non magis,quàm in reliquis teſtamentis.Id quod variè accipere debemus.

Declara.1. Nam primò intellige in teſtamento facto coram epiſcopo, retenta opinione eorũ,qui in tali teſtamento remitti ſolen nitatem contendunt. & ſic quod ſcripſimus in.§.24.n.10. intelligẽdum eſt. Nos autem negamus ibi eſſe ſpeciale, vnde hoc caſu regula eſt indubitata, nõ ſecùs, quàm in reliquis.

Declara.2. Secundò intellige in teſtaméto facto ruri. & ita quod docemur in.§.22. num. 29. intelligendum eſt, & limitandum. Nam ipſimet teſtatori priuilegiato expedit huiuſmodi teſtem non admitti.vt in ſimi.per.l.diuus.ff.de milit.teſtamen.

Declara.3. Tertiò intellige in teſtamento facto vbi deeſt copia teſtium, vel hominum. vt in ſimili ſcripſimus.§.24.n.5.quod ſic intelligendum eſt. Licèt is caſus non ſatis expeditus,ſaltem vbi alius teſtis minimè potuiſſet inueniri.

Declara.4 Quartò intellige in teſtaméto, quod fieret in carcere tyranni. Et ita illa materia,vt alibi docemur,intelligitur,& limitatur,licèt & is caſus non ſatis ſit expeditus,ſaltem vbi alius teſtis præſto eſſe nõ poterat.

Declara.5. Quintò intellige in teſtamento facto tempore peſtis. Et ſic intellige quod ſcripſimus.§.22.num.35.Is tamen caſus controuerti poſſet.vt ſuprà proximè.

Declara.6. Sextò intellige in teſtamento facto in loco hoſtili. Et ita quod ſcripſimus in.§. 24.num.9. eſt intelligendum,& limitandum.

Declara.7. Septimò intellige in teſtamento, vbi legitimi hæredes ſcripti eſſent. Et ita quod admonuimus in.§.22. in princi. eſt intelligendum.Nam ipſius teſtatoris intereſt talem teſtem non admitti.vt in ſimili ait dict.l. diuus.§. planè. Inſtit. eod.

30 Octauò intellige in teſtamento peregrini. Et ita intellige quod admonuim⁹ in.§.24.num.4.Et ita.l.2.titul.2. libr.3.ordinament.eſt intelligenda & limitanda. Nam & tunc intereſt teſtatoris talem teſtem nõ admitti.vt dict.l.diuus.&.§.planè.Inſtit.eodem titul. L.2.titul.2. libr.5.ordi.

Nonò intellige in teſtamento facto coram presbytero parochiali. Et ita quod docemur in.§.22.num.27.eſt intelligendum,nam & ibi eſt eadem ratio. Declara.9.

Decimò intellige in teſtaméto ad pias cauſas. Et ita accipias quod docemur in §.22.num.1.nam nec piam cauſam decet capere, vt eſt ſuſpecta probatio. Declara.10

Vndecimò intellige in teſtaméto patrisfam.teſtãtis inter liberos. Et ita intellige quod ſcripſi in.§.21. num.45. &.l.7. tit.1.par. 6. quæ ſic ampliatur. Nam hoc caſu non videretur adeſſe probatio iuris genti.quæ ſaltem tunc requiritur. Declara.11.

31 Duodecimò intellige in teſtamento militis. Et ita intelligendum quod docemur in.§.24.num.18.&.l.4. titu.1.part.6. quæ ſic limitatur.Nam ipſius militis intereſt.vt in ſimili ait dict.§.planè.Inſtitu. de mili.teſtamento.l.diuus. eodem titu. L.4.titu.1. part.6. ampliatur.

Decimotertiò intellige de iure etiam canonico.Et ita intelligas cap.cùm eſſes. & capit.relatum.1. de teſtament. Declara.13

Decimoquartò intellige in teſtamento facto apud acta iudicis. Et ita intelligas quod ſcripſimus in.§. 24.num.7. Etenim licèt authoritas iudicij alia ſuppleat.vt in.l.omnium.C. de teſtamen.tamẽ nouè dicerem hoc vitium non ſuppleri. Declara.14

Decimoquintò intellige in teſtamento facto ab habente merum imperium vbi teſtabatur.Et ita intelligas quod ſcripſimus in.§.22.num.28. Et ita debet limitari dict.l.omnium. quæ per doct.ibi ad habentem imperium extenditur. Declara.15

Decimoſextò intellige in teſtaméto facto Declara.16

facto coram ipſomet principe, quod cũ minore ſolẽnitate valet. At ſi ex teſtibus in tali teſtamento neceſſarijs vnus eſſet cæcus, id teſtament. ritè probatum non videretur. Et ita intelligas quæ ſcripſim⁹ in.§.26.num. primo. &.l.5.titulo primo. partit.6. etenim tunc minor teſtium numerus ſufficit, dum ſint legitimi.

Declarà.17 Decimoſeptimò intellige in teſtamẽto facto à principe, quod cum minore ſolennitate quàm regulari valet. Et ita accipias quod ſcripſimus in.§. vigeſimo ſexto. num. primo.

Declar. 18. Decimooctauò intellige idem fore in codicillis, vt ſi vnus ex quinque teſtibus ſit cæcus, fideicommiſ. vniuerſ. non valeat, nec codicillus, ſaltẽ ſi quæſtio eſſet inter ipſum fideicom. & hæredem legitimum. argumento ſuprà dictorum. Et ita intelligo. l. 9. 10. &. 11. titul. primo. partit. 6. l. 9. titulo. 8. lib. ſecundo. fori. vt nos interpretamur.

Declar. 19. Decimononò intelligitur in teſtamẽto habente clauſulam codicillarem. Et ita intelligas text. & quod ibi per Bar. & omnes in. l. 1. ff. de iure codici. l. fin. vbi omnes. C. de codicil. l. fin. titul. 12. partit. 6.

Declar. 20. Viceſimò intelligitur, quando per cõ ſuetudinem remiſſa eſſet ſolennitas. Et ita intelligas quod ſcripſimus in.§.21. numero. 44. nam quo ad numerum tantùm teſtium, non etiam quo ad qualitatem cæcitatis remiſſa videretur.

32 Viceſimoprimò intelligitur, quando *L. 1. titul. 2. libr. 5. ordi.* per legem, vel ſtatutum ſolẽnitas remiſſa eſſet in teſtamento. Et ita poteſt & debet intelligi. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordi. &. l. fi. tit. 12. part. 6. in quorum terminis intelligo ſolennitatẽ remiſſam quo ad numerum tantùm teſtiũ, non etiã quo ad hanc qualitatẽ cæcitatis. Nam ſi vnus ex teſtibus, qui in his priuilegiatis teſtamentis ſunt neceſſarij, cæcus ſit, teſtament. minus ritè, minuſq; ſufficienter probatum videretur, per ſuperiora. Quæ omnia nota, quia nõ inuenio collecta, aut declarata.

33 Illud autem belliſsimè in his caſibus tentari poteſt, quòd ſi in his teſtamentis priuilegiatis, de quibus mentionem habuimus, interfuerunt duo tantùm teſtes quorum alter cæcus erat, & per hoc minus idoneus ad opus teſtificandi in teſtamento, id teſtamentum valere non deſinat quo ad ſui formam, licèt effectu careat ex defectu probationis, ſi non ſuppleatur probatio aliũde: nam aliunde illum probationis defectum ſuppleri poſſe conſtat, cùm in probationibus ſufficiat æquipollens implement. licèt non ſic in forma. Refert ergo deficiat teſtam. ex defectu formæ, an deficiat ex defectu probationis: nam illo caſu vitium irreparabile eſt, hoc autem caſu reparari, ſuppleri, & emendari poteſt per probationis ſupplementum.

Informe tẽ ſtamentum per teſtem probari poteſt, noua declaratio.

Quinimò in pleriſque horum caſuũ de quibus mentionem habuimus, non ineleganter defendi poſſet, non ſolùm id teſtament. in ſui forma vitioſum non eſſe, ſed etiam ritè probatũ videri. Quia licèt in teſtamento cæcus teſtis eſſe non poſsit, tamen in actibus inter viuos teſtis eſſe non prohibetur, cùm licèt de viſu deponere nequeat, poteſt tamen deponere de auditu, tactu, odoratu, guſtuq; vt in. l. omnium. cum ibi nota. per doct. C. de teſtibus. Ergo cùm horum teſtamẽtorum pleraque iure tantùm gẽtium nitantur, & ſecundùm ius gentium, & formam in actibus inter viuos requiſitam regulentur, vt diſſeruimus in.§. vndecimo. ad fin. reliquum eſt, vt in eis cæcus teſtis non abnegetur, non magis, quàm in actibus inter viuos. Quæ not. quia omnia ſunt noua, & vtilia, nec vllibi congeſta. Ad quorum iuſtificationem vid. quod diximus ſuprà.§.12.num.6.& quarto.num.31.& numero. 40. &.§. vndecimo.num.17.&.§.13.numero.22. ad fin.& Bald.in.l.ſecunda.C.de ſecundùm tabu. & in.l.in bonæ fidei. colum.3. C. de reb. cred. dum ait formalem probationem

ſupple

ſuppleri non poſſe æquipollenter, non ſic in reliquis probationum generibus.

Confirmatur, quia in actibus inter viuos communis opi. eſt, cęcum eſſe poſſe teſtem, eiuſq; teſtimonium non reijciẽdum, vt reſoluimus ſuprà nu. 3. cum ſequen. etiam ſi cauſa eſſet matrimonij, quæ ſupremi momenti eſt. vt ibid. ergo magis eſt, vt licèt in teſtamento formali cæcus nequeat eſſe teſtis, vt diximus, tamen non ſic in teſtamentorum informium ſpeciebus, de quibus ſuprà mentionem habuimus, & de quibus diſſerimus ſuprà numero. 11. ad finẽ. in quibus procedimus iure tantùm gentium inſpecto ad ſimilitudinem actuum inter viuos.

Deniq; licèt condonare (ſine pręiudicio veri) velimus, vt initio cæcus non videretur legitimus & idoneus teſtis in huiuſmodi teſtamẽtis, tamen id primordiali teſtamenti informis validitati impedimento non eſſet, licèt probatio nõ ſat legitima videretur, ficque ex poſt facto, & aliunde, tam per teſtatorẽ, quàm per alium ea probatio ſuppleri poſſet. vt in ſimili multis docemur exẽplis ſuprà. §. 11. ad fi. Licèt non abnegarim, quin regulariter forma probationis immutari non poſsit per iudices vtcunque ſupremos, vt diſſerimus in. §. 6. num. 4.

34 Declaratio l. 29. del encabeçamiẽto ut probationis forma omiſſa nitiet.

Vnde quo ad certitudinem & probationem illius lucri, quod quiſq; populorum facit ratione illius beneficij (quod encabeçamiẽto appellatur) iuſsit lex. 29. Enel quaderno del encabeçamiento, q̃ ſeruaretur certa forma inquirẽdi, à qua (ſi non fallor) recedi minimè poterit, ita vt probatio, quæ illo ordine prætermiſſo facta fuerit, nullius momẽti ſit. Nam vt prætermiſsio formæ in quauis diſpoſitione vitiat ipſo iure. dict. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. l. ad teſtium. §. fina. ff. de teſtamen. ita quoq; in probatione vitiare debet. argumen. eorum, quæ iam diſſeruimus, & quæ plenè tradit Iaſ. in. l. 1. ff. de libe. & poſt. Neque in hac re leuis ſolennitas videri poteſt verſari, cùm ex non apparentibus & non exiſtentibus idem iudicetur. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tutela. facit. l. fi. C. de fideicom. §. fina. Inſtitu. de fidei. hær. l. iubemus. C. de teſtamen.

An autem illa probandi obſeruatio æquipollenter poſsit impleri, ſatis controuerti poſſet. Et videtur quòd poſsit. argumen. l. 1. §. fina. ff. de dote prælegata. l. 1. cum ibi plenè notatis per gloſ. Alexã. & Iaſ. ff. de liberis & poſthu. Quod dic vt ſuprà in ſimili attigimus, & pleniùs. §. 4. ſuprà. numero. 18. vbi contendimus etiam in minimis formam mutari non poſſe.

35 Deinde &. 11. requiritur, quòd teſtes intellexerint omnia in teſtamento contenta, ita vt quælibet particula teſtamẽti teſtium cuilibet innotuiſſe videatur. Iſta eſt vera & communis opinio. vt reſoluit Corn. conſil. 304. Circa hanc conſultationem. num. 20. lib. 1. Quod maximè verum eſt, quantum ad hæredum inſtitutionem. Et ſic poſtquàm teſtamentum conſcriptum fuerit, expedit, quòd relegatur corã teſtibus ſecũdùm eund. Ita tenent Bald. & Paulus in. l. cùm antiquitas. C. de teſtam. per text. ibi & Guiliel. Benedi. in cap. Rainutius. de teſtam. part. 1. in verbo, in extremis poſitus. nu. 40. & Corn. conſil. 226. Licèt in hac. lib. 3. num. 5. idem Corn. conſil. 77. num. 3. & nume. 11. libr. 4. quod conſilium incipit. Viſo dicto themate. Bar. in. l. fideicom. §. quoties. ff. de legat. 3. per text. ibi. idem Corne. conſil. 307. Videtur prima facie. num. 1. libr. 3. Et Corn. in dict. conſil. 226. nume. 5. firmat citra ſignum tabellionis id teſtamẽtum non valere, etiam ſi coram teſtibus relegeretur, haberetq; reliquas omnes completiones. Quod limitat ipſe Corn. tripliciter in dict. conſil. 307. lib. 3.

Teſtes debent intelligere contenta in teſtamẽto, cũ communi.

36 *Teſtamentũ iam conſcriptũ debet relegi coram teſtibus, cũ cõmuni.*

37 *Tabellionis ſignum an in teſtamento requiratur.*

38 Primò, vt non procedat in teſtamento inter liberos. vt in. l. fi. C. famil. herciſcundæ. & in. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtament.

Limita. 1.

39 Secundò, vt non procedat in teſtamẽto ad pias cauſas. vt in cap. relatum. & in capit. cùm eſſes. de teſtament.

Limita. 2.

40 Tertiò, vt non procedat in teſtamento militis. l. 1. l. diuus. ff. de mili. teſtamento. in pr. & in. §. planè. Inſti. eod. titu. l. milites. l. ſicut certi. C. eod. qa in huiuſmodi teſtamentis ſecundùm eund. ſolennitas tantùm iuris genti. nõ etiam iuris ciuilis deſideratur. vt dictis iuribus.

Limit. 3.

41 Quartò limita, vt non procedat, quãdo tale teſtamentum deſinit relegi corã omnibus teſtibus, quia teſtium nonnulli iam receſſerãt poſtquàm completum fuit teſtamẽtum, neq; relectionẽ ipſius à tabellione faciendam expectare voluerunt. Ita limitat Pariſi. conſi. 32. Ad reſolutionem. lib. 2. num. 15. Et hæc ſolẽnitas, qꝫ tale teſtamẽtum debeat relegi coram teſtibus, ſanè intelligẽda eſt, quando ipſi teſtes antequàm teſtamentum relegeretur, non intellexerunt contenta in teſtamento, quia fortè teſtamentũ (vt plerunque fit) fuit conſcriptũ, & ordinatũ inter ipſum teſtatorẽ, & tabellionẽ, & poſtea adducti fuerũt teſtes eo animo, & cõſilio vt teſtamentũ ſic cõſcriptũ corã eis relegeretur à tabellione, vel teſtatore, & per ipſum teſtatorẽ expreſsim declararetur illud eſſe ſuũ teſtamẽtũ. Nã aliàs ſi à primordio ipſius teſtamenti ordinandi, & conſcribẽdi ipſi teſtes prẽſto fuerunt, & audierunt, & viderunt ipſum teſtatorẽ dictantem, & tabellionem ſcribentem, non dubito, quin licèt tale teſtamẽtum poſtquàm completum fuerit iterum nõ relegatur corã teſtibus, valeat, & teneat.

Limita. 4.

42 Cæterùm quando (vt plerunque fit) teſtamentum fiebat hoc modo, vt teſtator cum ſemetipſo, vel cum tabellione tantùm ſuum teſtamẽtum ordinare cœpit, & conſcripſit, & ordinauit, & poſtea teſtes adduxit, & cõuocari iuſsit, coram eis declaraturus, & relecturus, vel repeturus ſuã voluntatẽ iam ordinatã, & cõſcriptam, tũc ſi antequã id efficeret, mortẽ correptus fuit, teſtamẽtũ nõ valebit, licèt reuera eius tota, integraq; voluntas iam cõſcripta, & ordinata eſſet inter ſe, & tabellionẽ, ſecũdũ pleroſq; eorũ, quos ſuprà retulimùs, præſertim per Corn. cõſil. 118. In hac conſultatione. libr. 3.

Teſtam. ordinatum inter teſtatorem & tabellionem ſi antequã teſtes deuenirent obijt teſtator, anuleat.

43 Quod variè intelligitur. Primò in teſtamento cuiuſque. *Declara. 1.*

44 Secundò etiã intelligitur in teſtamento à patre facto inter liberos, nam tale teſtamentũ hoc caſu nõ valeret, nõ magis, quàm reliquorũ teſtamẽta, quaſi hoc caſu imperfectũ eſſe videatur ratione volũtatis. Quia licèt tota voluntas teſtatoris illis ſcriptis declarata fuit, tamẽ quia coram teſtibus declarata non fuit, & ſic legitimè probari nõ poteſt, habetur perinde atq; ſi declarata non fuiſſet, ſecũdùm eund. Corn. Nam teſtamẽtũ imperfectũ ratione voluntatis, vt in caſu propoſito fuit, ſecundùm eund. non valet, etiam inter liberos, nõ magis quàm valeret inter extraneos. vt. ff. de teſtament. l. ſi quis cũ teſtamentum faceret. *Declara. 2.*

45 Qua ratione tertio loco intelligitur ſcdm eund. etiam in teſtamento ad pias cauſas, quod teſtamentum ſi ſit imperfectum ratione voluntatis, non valet, non magis, quàm reliqua teſtamenta. Quod intellige, ſiue voluntas ſit imperfecta, quia non emiſſa, vel quia non probata. *Declara. 3.*

46. Qua ratione idem quarto loco dicendum in teſtamẽto militis, quod ſi ſit imperfectum ratione voluntatis, non valet non magis, quàm reliqua teſtamenta. argumento dict. l. ſi quis cùm teſtamentũ. ff. de teſtament. *Declara. 4*

47 Quintò intellige etiam in teſtamẽto peregrini, quod teſtamento militis ęquiparatur. vt ſuprà diximus. *Declara. 5.*

48 Sextò intellige etiã in teſtamento facto coram presbytero parochiali. arg. d. l. ſi quis *Declara. 6.*

l. si quis cùm testamentũ. Nec oberit. c. cùm esses. de testam. quia procedit, quando est defectus solennitatis, non autem quando est defectus voluntatis.

49 Septimò idem dicerem in testamẽto
Decla. 7. facto coram principe per generalitatem d. l. si quis cùm testamentum. Neq; oberit. l. omnium. C. de testam. quia procedit, quando testamentum est imperfectum ratione solennitatis, secùs si sit imperfectum ratione voluntatis, vt in specie nostra.

50 Octauò idem dicerem in testamento
Decla. 8. facto ab ipso Imperatore, quod data huiusmodi imperfectione nõ valeret, licèt si esset imperfectum ratione solennitatis, bene valeret, vt diximus suprà.

51 Nonò idem eadẽ ratione in testamẽ-
Decla. 9. to facto ab eo, qui habet merum imperium in loco, vbi testatur, quia eius testamentũ æquiparatur testamento principis, vt iam diximus.

52 Decimò idem eadem ratione in testa
Decla. 10. mento facto apud acta iudicis, quod licèt non vitietur per defectum solennitatis, vitiatur tamen per defectum voluntatis, vt in specie nostra.

53 Vndecimò idem dicerem etiam in te
Decla. 11. stamento facto tempore pestis.

54 Duodecimò idem dicerem etiam in
Decla. 12. testamento facto tempore belli.

55 Idem decimotertiò dicerem in testa
Decla. 13. mento facto in carcere tyranni.

56 Idem similiter & decimoquartò di-
Decla. 14. cerem in testamento ruri factum.

57 Idem & decimoquintò dicerem, vbi
Decla. 15. esset testiũ, vel hominũ penuria: Nam ijs quinq; casibus proximè enumeratis licèt testamentũ imperfectũ ratione solẽnitatis valeat, vt sæpe admonuimus, tamẽ nõ valet in specie nostra, vbi ratione volũtatis imperfectũ esse videtur. Quæ nota, quia nullibi hęc inuenies collecta. Cogita tamẽ, quia sunt nõ minus noua, q̃ vtilia. Et cõtrouerti põt, an his casibus id testam. videatur imperfectũ ratione volũtatis, cùm dixerimus testatorẽ oẽm integramq; volũtatẽ suã ordinasse, & cõscripsisse, deinde testes accersiri iussisse. Nisi dixeris, nulli hominũ, sed soli Deo notũ esse posse, an integra testãtis voluntas illa foret. Nã licèt destinasset ita testari, vt illis scriptis cõtinebatur, vel illo colloquio cũ tabellione, vel alio habito, tamẽ interea dũ testes inuitati adessent, potuit mutata volũtate aliquid addere, aut detrahere, aut cõmutare, vt sic verius sit testam. in vltima linea perfici, & cõsummari videri, nõ solùm quo ad formã, qđ oẽs aduertũt. per l. furiosum. C. qui test. fa. l. ad testiũ. §. fi. l. hæredes. per totam. ff. de testam. sed etiã quo ad volũtatẽ. argu. d. l. si quis cũ testamentũ. iuncta. l. si quis in principio testaměti. ff. de lega. 3. Nam licèt in cõtinenti mutatio volũtatis non pręsumatur. l. nõ ad ea. ff. de cõd. & dem. tamen illud in volũtate perfecta, & cõsummata, nõ sic in ea, quæ est infieri, ad hucq́ue infecta. vt. dd. iuribus. &. l. pe. C. ad Silla. ibi, nil actũ eẽ intelligimus. &. l. 1. ff. de orig. iur. facit. l. cùm antiquitas. & l. casus. C. de testa. Deniq; hoc requisitũ, vt testis intelligat contenta in testamento, speciale est, & peculiare in testamento nuncupatiuo, non sic in testamento in scriptis.

58 Deinde &. 12. requiritur, quòd testes fuerint præsentes toti testamento, aliter enim testam. non valeret. text. est in. l. cùm antiquitas. C. de testam. & in. l. casus. eod. titul. *Testes debẽt cẽ præsentes toti testamento cũ cõmuni.*

Et ista est vera & communis opinio. vt resoluunt Parisius lib. 2. consil. 33. Etsi prima facie. num. 28. cum sequen. Corneus consil. 238. libr. 4. incipit. Reperio. num. 3. cum pluribus sequent. Alexand. Corneus, & Ias. num. 8. & nu. 12. in dict. l. cùm antiquitas. post Cinum, Bal. Paul. Salice. & alios ibi. tradunt communiter docto. in. l. furiosum. C. qui testam. face. pos. Vnde vna pars testaměti nõ põt probari per septẽ testes, dicẽtes se illud scire,

& non plus, & alia pars per alios ſeptem teſtes: quia teſtes teſtamẽtarij nihil probant, niſi ex integro probent totius teſtamenti tenorem. Quod intelligẽdum eſt, niſi per obliuionem ceciderit à teſtium memoria aliquid eorum, quæ teſtamento interfuerunt, cùm integro teſtamento ipſi teſtes depoſuerint ſeſe interfuiſſe. Iſta eſt vera & communis opi. vt reſoluunt Bald. Paul. Alexan. & Iaſ. n. 9. in dict. l. cùm antiquitas. & pleriq; eorum, quos ſuprà retulimus. Cinus, & Baldus in. l. ſi præſidi. C. de donationibus ante nuptias. Roma. conſil. 80. Viſis. Alexan. conſil. 177. Viſo themate. libr. ſecundo.

59 Quam doctrinam vehementer excla
Probatio membratim admittitur in actibus inter uiuos. mat Iaſ. vbi ſuprà poſt Alexand. & alios. In actibus tamen inter viuos, magis eſt vt probatio membratim admittatur. argumento tex. in. l. Gallus. §. ille caſus. ibi, duobus quaſi capitibus. l. commixtis. ff. de liber. & poſthum. vbi tradunt nouiſsimi. Vnde infertur, quòd ſi duo teſtes deponant, quòd talis maſculus eſt in tali gradu, & alij teſtes deponunt, quòd fœmina eſt in tali gradu, tales teſtes plenè probant cóſanguinitatem, & gradus. vt in capit. licèt ex quadam. de teſtib. docet Iaſ. nu. 11. in. d. l. cũ antiquitas. Et ſimiliter infertur, q̃ ſi duo teſtes deponũt, q̃ viderunt me poſsidere fundum Sempronianũ quinq; annis, & alij duo teſtes deponunt, q̃ viderunt me poſsidere eundem fundum alijs quinq; annis immediatè ſequentibus, tũc præſcriptio plenè probata intelligitur. Ita tenẽt Iaſ. in. d. l. cũ antiquitas. n. 11. Bal. in. l. teſtiũ. C. de teſtibus. col. 5. verſ. circa primas. faciũt quæ tradit ipſe Bald. in. l. 1. 8. quæſtio. C. de teſtamẽt.

Stat ergo, quòd teſtes teſtamentarij debent eſſe præſentes toti teſtamento.

60 Limita primò niſi ex cauſa neceſsita
Limita. 1. tis teſtes, vnus, vel certi, vel oẽs recederẽt nam tunc eorum loco alij poſſent ſubrogari. Iſta eſt vera & cõmunis opin. vt latè reſoluit Pariſius conſil. 33. num. 28. lib. 2. tradunt gloſ. & communiter docto. in. l. caſus. in verbo, remiſſum. C. de teſtamẽ. per text. in dict. l. cùm antiquitas. in. §. ſin autem longiore. C. de teſtamẽt. & ibi no

61 tat gloſ. in verbo, ſciſcitari. quia ex cau- *Neceſsitatis cauſa relaxatur ſolennitas teſtandi, cum communi.* ſa neceſsitatis etiã forma legis poteſt relaxari. vt eſt communis opinio. quam tenent Pariſi. vbi ſuprà. Soci. & Alex. in. l. 1 in fi. ff. de lib. & poſt. Decius cõſ. 284. tradunt omnes doct. in. d. l. caſus. C. de teſtamẽ. maximè per Alex. & Iaſ. ibi. Iaſ. in. d. l. 1. n. 13. Alex. cõſ. 96. Viſo. lib. 4. Feli. in. c. cùm dilecta. col. 15. verſ. Sic amplia. de reſcriptis. Albertus Brunus in tract. De forma. fol. 63. col. 2. verſi. 33. Felin. in cap. quoniam. in princip. vt lite non conteſtata. Socin. conſi. 45. colum. 3. libr. 1.

62 Secundò limita, vt non procedat in a *Limita. 2.* ctibus inter viuos, in quibus non eſt neceſſe, quòd teſtes toti actui interſint, vt ſuprà diximus.

63 Tertiò limita, vt nõ procedat in teſta *Limita. 3.* mẽto factotẽpore belli, in quo nõ eſt neceſſe, vt teſtes teſtamẽtarij toti teſtamẽto interſint. Quinimò ſi quidã acceſſerint, & eorum loco alij teſtes ſubrogentur, teſtamentũ valebit, quaſi ex cauſa neceſsitatis, & calamitatis bellorũ diſpẽſari poſſit cũ huiuſmodi forma. arg. tex. in pr. C. de cadu. tollend. & in dicta. l. caſus. & in dict. l. cùm antiquitas. §. ſin autem longiore. C. de teſtament. & quæ latiùs dicemus infrà.

64 Quartò limita in teſtamento facto tẽ *Limita. 4.* pore peſtis, quæ vrgentem neceſsitatem inducit: & conſequenter hæc ſolennitas quòd teſtes ſint toti teſtamento præſentes, neque alij abſcedentium loco poſſint ſubrogari, eo tempore relaxabitur. argumento dict. l. caſus. & in dict. §. ſin autem longiore.

65 Quintò limita, vt hæc ſolennitas poſ- *Limita. 5.* ſit relaxari in teſtamento facto in carcere tyranni, quia in eo imminet ſimilis, & coacta neceſsitas, vt diximus ſuprà.

Sextò

66 Sextò limita in teſtamento facto, vbi
Limita. 6. eſſet hominum penuria.

67 Septimò limita in teſtaméto facto, v-
Limita. 7. bi eſſet teſtiũ penuria, licèt eſſent plures homines, fœminæ, ſerui, vel impuberes, furioſi, cæci, ſurdi, muti: nam ijs caſibus hęc ſolennitas relaxari poſſe videtur. argumento. l. vt gradatim. §. primo. ff. de muneribus, & honoribus. non ſecùs, quàm ſimiles ſolennitates in huiuſmodi teſtamentis relaxantur. vt ſuprà diximus.

68 Octauò limita, vt non procedat in te
Limita. 8. ſtamento militis, in quo iuris tãtùm gentium, non etiam iuris ciuilis ſolennitas inſpicitur, non ſecùs, quàm in actibus inter viuos, vt iam diximus, & dicemus. Vnde vt in actibus inter viuos nõ eſt neceſſe, quòd teſtes ijdem toti, integróque cõtractui interfuerint, ſed ſufficit, quòd vna pars contractus per duos teſtes, & alia pars eiuſdẽ contractus per alios duos teſtes probetur, vt probauimus, ita quoque & in teſtamento militis idem admittendum fore putarim. Et eſt noua limitatio.

69 Nonò limita, vt non procedat in teſta
Limita. 9. mento facto à patre inter liberos, in quo ſolennitas tantùm iuris gentium, non ſecùs, quàm in actibus inter viuos deſideratur. vt ſæpe admonuimus. per. l. fina. C. fami. herciſcund. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtament. Et conſequenter vt in actibus inter viuos non eſt neceſſe, quòd ijdem teſtes toti, integróq; cõtractui interfuerint, ſed ſufficit, quòd duo teſtes probent vnam partem contractus, & alij duo teſtes aliam partem eiuſdem contractus, vt iam probauimus, ita quoque & in ſpecie noſtra idẽ ſufficiet. Et eſt ſimiliter noua limitatio.

70 Decimò eadem ratione limita, vt nõ
Limita. 10. procedat in teſtaméto facto ad pias cauſas, in quo ſimiliter ius tãtùm gentium, non etiam ius ciuile inſpicitur, non ſecùs, quàm in actibus inter viuos. Vnde vt actus inter viuos poſſet probari partim p̃ duos teſtes, partim per alios duos teſtes, ita quoque & tale teſtament. poterit probari partim per duos teſtes, & partim per alios duos teſtes. Et eſt ſimiliter noua limitatio.

71 Vndecimò limita, in teſtamento fa- *Limita. 11.*
cto corã presbytero parochiali, in quo ſimiliter ius tantùm gentium deſideratur. capitul. cùm eſſes. de teſtamentis. ſecundùm vnum intellectum. Vnde vt actus inter viuos probari poſſet membratim, ita quoque & tale teſtament. membratim probari poſſet, id eſt, partim per vnos teſtes, & partim per alios.

72 Duodecimò limita, vt non procedat *Limita. 12.*
etiam in teſtamento peregrini, in quo etiam iure regio ſolennitas tantùm iuris gentium, non etiam iuris ciuilis deſideratur, non ſecùs, quàm in teſtaméto militis, vel in actibus inter viuos, vt ſuprà *L. 2. titu. 2.*
73 dixi. Et ita intelligo. l. ſecundã. titulo. 2. *libr. 5. ordi.*
libr. 5. ordinament.

Vnde vt in teſtam. militis, vel actus inter viuos membratim probari poſſet, ita quoque membratim probari poterit peregrini teſtament.

74 Decimotertiò limita, vt non proce- *Limita. 13.*
dat in teſtamento facto coram principe, in quo ſolẽnitas tantùm iuris gentium, non etiam iuris ciuilis deſideratur. l. omnium. C. de teſtamentis. Et conſequenter vt actus inter viuos, in quibus ius tantùm gentium deſideratur, poſſunt mẽbratim probari, ita quoque tale teſtamẽ. membratim probari poterit.

75 Decimoquartò limita, vt non proce- *Limita. 14.*
dat in teſtaméto facto ab ipſo principe, in quo ius tantùm gentium ſimiliter attenditur. argumento dict. l. omnium. C. de teſtamentis. & probauimus. §. 26. numer. primo. Vnde vt actus inter viuos, in quibus ius tantùm gentium deſideratur, membratim probari poteſt, ita quoque & hoc teſtament. poterit membratim probari. Et eſt noua limitatio.

76 Decimoquintò limita, vt non proce-
Limita. 15. dat in teſtamento facto ab eo, qui habet merum imperium in loco, vbi teſtatur, in quo vtimur iure tantùm gentium. vt infrà. num. 28. §. 22. Et conſequenter vt in actibus inter viuos, in quibus ius tãtùm gentium inſpicitur, probatio fieri poteſt membratim; ideſt, partim per vnos teſtes & partim per alios, ita quoque & in tali teſtamẽto membratim fieri poterit probatio.

77 Decimoſextò limit. vt non procedat
Limita. 16. in teſtamẽto facto apud acta iudicis, qđ teſtam. ſolennitatem tantùm iuris gentium deſiderat. vt ſępe tradidimus. Et cõ ſequenter vt ea, in quibus ius tantùm gẽ tium attenditur, mẽbratim probari poſſunt, ita quoque & tale teſtament. membratim poterit probari.

78 Decimoſeptimò limita, vt nõ proce-
Limita. 17. dat, quando lex ciuilis cum hac ſolenni tate diſpenſaret. Nam cùm omnes ſolen nitates teſtamentorum lege poſitiua inductæ fuerint, vt probamus. §. vigeſimo primo. numer. 44. poterunt tolli per àliam legem poſitiuam. l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. l. iura ſanguinis. ff. de capitis dimi. §. ſed naturalia. Inſtitu. de iure natural. capit. omnis res. de regu lis iuris.

79 Decimooctauò limita, vt eadem ra-
Limita. 18. tione idem ſit, quando princeps cum hu iuſmodi ſolennitate diſpenſaret, præcipiens, vt teſtament. poſſent probari mẽbratim. vt ſuprà.

80 Decimononò limita, vt idem ſit, quã-
Limita. 19. do conſuetudo ſimilia induceret. argument. l. de quibus. ff. de legibus. cum plu ribus ſequentibus. iuncta. l. 1. ff. de conſtitu. principum. §. ſed & quod principi. Inſtitu. de iure naturali. Quæ nota, quia hęc nullus vnquam congeſsit, aut etiam attigit. Cogita tamen, an id requiſitum, vt teſtis ſit præſens toti teſtamẽto, in vtroque teſtamento requiratur, an verò in nuncupatiuo tantùm.

Illud autem dubium eſt, an teſtator præcipere poſsit, vt cõtenta in ſuo teſtamento probẽtur membratim, vt ſic pars teſtamẽti per alios teſtes probetur, reliqua verò pars teſtamẽti per alios teſtes diuer ſos probetur, vt ſic licèt ſeptem teſtes nõ deponant de tenore ipſius teſtamẽti, ſed tantùm de parte teſtamenti, & alij ſeptẽ teſtes deponãt de reliqua teſtamenti par te, talis teſtium depoſitio valeat, firmũq; reddat teſtamentum? Et magis eſt vt firmum non reddat, nec teſtator hac in re poſsit diſpenſare cum hac forma, aut re quiſito. argumento. l. nemo poteſt. ff. de legatis primo. l. ius publicum. ff. de pact. iuncta. l. tertia. ff. de teſtament. & l. codicillis. §. fin. ff. de legatis ſecundo. Id quod pleniùs in ſimili docemur ſuprà. § . 6. per totum. Licèt non abnegemus, quin teſtator poſsit non expreſsim modò, ſed etiã tacitè relicta in teſtamento infirma re. l. ſi iure. ff. de legatis tertio. l. 3. §. fi. l. ex parte. ff. de adimendis legat. licèt non ſic in inſtitutionibus. vt in. §. ex eo. Inſtitut. quibus mod. teſta. infir. l. militis codicillis. §. fin. ff. de milit. teſtament. Verùm in actibus inter viuos nulli hominum licet à ſemel placitis recedere. l. ſicut a binitio. C. de actio. & obligat. l. ſicut maior. C. de repudia. hæredi. Quod procedit etiam in actibus lucratiuis. l. perfecta. C. de donatio. quæ ſub modo. niſi in principe, cui iure ſingulari datum eſt, vt perfectã donationem poſsit reuocare, & longè faciliùs moderare. vt tradunt nouiſsi. in capit. in præſentia. de probatio. l. regia. 11. titul. 9. libr. 5. ordinament.

81 Quod licèt in ſimplici donatione pro *Princeps poteſt donationem reuocare.*
cedat, remuneratoria tamen in donatio ne controuerſum eſt. vt plenè reſoluit Iaſ. partem negatiuam ſequutus in. l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure. nu. 54. Anto. Capi. deciſi. 166. nu. 3. Thomas deciſi. 65. num. 24. idem Anto. Capi. deciſio. 121. num. 15. Bald. in. l. ſi cùm mihi. ff. de dolo. Tiraq. in. l. ſi vnquàm. C. de reuo. donat. verbo

verbo,donatione largitur.num.13. Felin. in.c.nouit.6.col.de iudicijs.Matthæ. Afflict. in cap. 1. num. 24. de natu. feudi. Et hanc partem videtur firmare dict.l.11.ibi, saluo si los que las recibieron siruieron despues à nos,de manera que en todo, ò en parte las merescieſſen. Quod sanè intelligendum puto, quando ex mera voluntate citra vllam causam princeps vellet donationem reuocare, aut moderare, nam in his terminis loquitur.d.l.Nam ex causa præsertim vrgente quidam putant posse reuocari, aut saltem moderari donationem etiam remuneratoriam. Quæ dere per Matthæ.Afflict.vbi suprà.Bald. in.l.nuptæ.ff.de senato.idem Matthæ.Afflict.lib.3.feudorũ.titu. Quæ sint regalia. §.potestas.num. 26. rursus idem in tit. De capitaneo qui curiam vendidit. num. 56. in simili per Iaſ.in.l.Barbarius.n.34. ff. de of.præt.Alex.cõsi.101.n.7.lib.1. Iaſ.cõsi.1. lib.1.Ruin.consi.229.lib.1.col.fi.Platea in l.vacuatis.in fi.C.de Decurio.Matthæ.Afflic.lib.1.consti.Neapo.rubri.47.n.4.Felin.in cap.quę in eccleſiarum.num.28.de consti.Iaſ.in.l.fi.C.si contra ius vel vtilitatem publicam.Alexã.consi.151.lib.6.Roderi.Xuarez in quæſt.maioratus.fol.190. col.4. per glo. & omnes in.l. si donatione.C.de coll.gl.vbi omnes in auth.Vnde si parens.C.de inoffi.testamẽ. per Iaſ.in.l. frater à fratre.in repeti.col.pen.Alciat.de præsumptio.regula.1. præsumptione. 16. & præsumptiõe.30.Tiraq. in dict. verbo, donatione largitur. num.20.Ripa. in.l. fœminæ.num.41.C.de secundis nup.

82 *Testamentum unico cõtextu fieri debet, cũ communi.*

Deinde &.13.requiritur, ꝙ vnico contextu fiat testamentum,ita quòd testator postquàm testari cœperit, non diuertat ad extraneos actus.tex.est in.l.furiosum. & ibi tradunt docto.communiter.C.qui testa.face.poſſ.text.vbi notant glo.& cõmuniter docto.in.l.casus.C.de testamen. text.vbi similiter tradunt omnes doct.in l.cùm antiquitas.C.de testam. Pariſ. cõsi. 33.Et si prima facie.n.28.lib.2. Corn. cõsi. 238.Reperio.num.3.lib.4.

83 Hęc vera & communis opi. limitatur, vt non procedat,quando ex causa necessitatis humanæ testator diuertit ad extraneos actus.vt in dict.l.cùm antiquitas. *Limit.1.*

84 Secundò limitatur, vt non procedat, quando cum hac solennitate.l. ciuilis dispensaret. *Limit.2.*

85 Tertiò limitatur,vt non procedat,quã do princeps dispensaret cum hac solennitate. *Limit.3.*

86 Quartò limitatur,vt nõ procedat,quãdo essemus in testamento militis. *Limit.4.*

87 Quintò limita.in testamẽto facto à patre inter liberos. *Limit.5.*

88 Sextò limita.in testamẽto facto ad pias causas. *Limit.6.*

89 Septimò limita. in testamẽto facto coram presbytero parochiali. *Limit.7.*

90 Octauò limita.in testamento peregrini. *Limit.8.*

91 Nonò limita.in testamẽto facto coram principe. *Limit.9.*

92 Decimò limita.in testamento facto ab ipsómet principe. *Limit.10.*

93 Vndecimò limita. in testamento facto ab eo,qui non recognoscit superiorem. *Limit.11.*

94 Duodecimò limita. in testamento facto apud acta iudicis. *Limit.12.*

95 Decimotertiò limita.in testamento facto ab eo,qui habet merum imperium in loco,vbi testabatur. *Limit.13.*

96 Decimoquartò limita.in testamẽto facto tempore belli. *Limit.14.*

97 Decimoquintò limita. in testamento facto tempore pestis. *Limit.15.*

98 Decimosextò limita.in testamento facto in carcere tyranni. *Limit.16.*

99 Decimoseptimò limita. in testamento facto,vbi esset hominum penuria. *Limit.17.*

100 Decimooctauò limita. in testamento facto, vbi esset testium penuria, licèt hominum copia esset. *Limit.18.*

101 Decimononò limita. in codicillis. argumento glo. communiter appro. in.l. qui testamento.§.mulier.ff.de testam. *Limit.19.*

102 Vicesimò eadem ratione limita. vt nõ procedat in testamẽto, quod habet clausulam codicillarem. Nam in omnibus ijs 20. casibus hæc solennitas, vt vnico contextu fiat testamentum, vel relaxatur, vel relaxari potest ijsdem rationibus, & fundamentis, quibus vsi sumus in præcedenti requisito, & in requisitis superioribus. Quæ limitationes licèt nouæ sint, neque expressim à doctoribus ponantur, tamen sunt ex mente & sententia doctorũ: quia in plerisq; horum casuum nouè intelligimus testam. esse informe. Vbi autem est informe, ad sui validitatem nil desideramus, præter legitimam probationem. Legitimam autem probationem accipere debemus eam, quę in actibus inter viuos sufficeret. vt plenè suprà. §. 11. ad fi. iunctis ijs, quæ docemur suprà. num. 49.

Limit. 20.

103 Sed cõtra omnia superiùs adducta, & has limitationes, opponitur, q̃ forma ab statuto vel lege data, in dubio præsumitur substãtialis. Communis opi. est, quã tenent Decius consil. 466. num. 13. Bal. in l. comparationes. C. de fide instru. Bal. cõsil. 11. Præmissis. col. fi. lib. 1. & consil. 324. Punctus. lib. 2. & resoluit Decius consil. 612. num. 3. Decius. n. 9. in l. hac consultissima. C. qui testam. fa. poss.

Forma in dubio præsumitur substãtialis, cũ communi.

104 Vnde omissio formæ statutariæ, vel legalis vitiat dispositionem ipso iure, etiam si in minima, vel leuissima sui parte forma deficiat. Ista est communis opi. vt resoluit Bal. in l. 1. ff. de lib. & posth. Decius consi. 532. num. 5. & consi. 466. num. 14. & consi. 11. num. 9. Quod procedit, etiam si esset iusta causa formam omittẽdi, secundùm Bald. in dict. l. 1. idem Bald. in l. humanum. C. de legi. & generaliter per Bal. consi. 11. Præmissis. col. fi. lib. 1. & in dict. consi. 324. Punctus. lib. 2. Ancha. consi. 35. Visis. col. fi. Parisius consi. 46. lib. 3. col. 1. Bal. in l. cessante. col. fin. C. quomodo & quando iudex. in cap. ex literis. col. fin. de constitu. & in cap. 1. col. 2. de milite vasallo. Parisius consi. 33. num. 24. lib. 2. Alexã. consi. 137. In causa. col. 4. & cõsi. 96. Viso. col. fi. lib. 4. & consi. 112. Ponderatis. col. 1. libro. 6.

Formæ omissio, etiã in minima parte, uitiat dispositionẽ, cum communi.

105 Vnde formæ nihil addi, aut detrahi potest secundùm communem opinionem. vt resoluit Parisius consi. 19. lib. 2. n. 188. Bald. in l. fi. col. 2. de suis & legit. Ias. in l. hæc verba. col. 5. ff. de leg. 1. Ias. num. 25. in l. 1. de lib. & posthum. Ias. in l. nemo potest. lect. 2. num. 15. ff. de lega. 1. & ibi Hannibalis. num. 13. Decius. in l. hac consultissima. num. 12. C. qui testa. facere possunt. Bal. in l. quoties. C. de suis & legit.

Formæ nihil addi, aut detrahi potest cum communi.

106 Vnde qui formã legis prætermittunt, præsumuntur actum inanem facere voluisse. vt resoluit Parisius consil. 19. num. 61. lib. 2.

Formam negligens, actũ inanẽ facere uult.

Et similiter qui formam omittit, similis est ei, qui vult actum valere & non valere, q̃ quasi sibi ipse repugnet, nihil legisse videtur, secundùm Bart. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. in prima oppo. quem omnes ibi sequuntur.

107 Et quando lex disponit, & vltrà procedit anullando, tunc actus contrà factus indubitanter est nullus. Ista est communis opi. & per Parisium cõsil. 19. num. 187. lib. 2. Roma. consi. 402. In proposita. Qđ procedit, etiã si tale omissum videretur esse leuissimæ, vel minimæ solennitatis, secũdùm eosdem. & per Ias. in dict. l. 1. de lib. & posth. col. 2. in fi. Bart. in l. non dubium. 3. notabili. C. de legib. & ibi Ias. nu. 17. & Fulgo. in. 4. notabili. Decius in dict. l. hac consultissima. col. 2.

Formã immutabilis inducitur p̃ clausul. anullatiuam, cum communi.

108 Adeò, vt etiam æquipollenter talis forma impleri non possit. vt est communis opi. secũdùm Decium vbi suprà. Crotus in l. nemo potest. num. 29. vbi Hannibalis. n. 5. Ias. in dict. l. 1. num. 14. & Alexand. num. 8. Decius consi. 612. num. 3. Bald. & Ange. in dict. l. 1. Bald. in l. ambiguitates. C. de testamen. & in. d. l. cessante. & in l. si institorem. ff. si cert. pet. Decius consil. 466. num. 19.

Forma non impletur æquipollenter, cum cõmuni.

Quæ limitantur, nisi ipsa lex vltrà procederet

deret diſpenſando. Et ita procedit text. in l.1.§.fi.ff. de ventre inſpiciendo. ſecũdùm omnes ſuprà allega. Et ita etiam procedit l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup.

Vnde licèt ordo literæ ſit leuiſsimæ ſolennitatis ſecundùm omnes per text. ibi in.§.ante hæredis. Inſt.de leg. tamẽ etiam ordo ſcripturæ ſi non ſeruetur, vitiatur ipſo iure diſpoſitio, quando lex vltrà nõ procedit diſpenſando. Et ſic etiam hodie vitiatur ipſo iure teſtamentum cæci, ſi legata, & ſimilia prẽcedant hæredis inſtitutionem. vt eſt communis opi. quam poſt alios reſoluit Decius. n.7. in dict. l. hac cõ ſultiſsima. & ibi Cinus, Richar. Bart. Alberi. & Fulgo. Ange. in.§.ante hæredis. Inſtit. de lega. idem Ange. in.§.cæcus. Inſtit. quib. mod. teſt. infi.

Deniq; ſecundùm omnes authores ſuprà allegatos quando agitur de creatione & productione alicuius rei, omnia requiſita pariter concurrere debent, adeò, vt omiſsio minimi, & leuiſsimi requiſiti, vitiet diſpoſitionem, & facit, vt non producatur ea res, de qua agitur, ſed alia longè diuerſa, per text. in l. ad teſtium. §. ſi qs ex teſtibus. ff. de teſtam. Notat etiam Bar. in l.1.§.ſi quis ita. ff. de verb. oblig. quem omnes ibi ſequuntur. dum tenet, ꝙ dum agitur de ſtipulatione producenda, omiſsio cuiusq; etiam minimi, & leuiſsimi requiſiti, vitiat: ſed hîc agitur de noua creatione, & productione, ergo. &c. Et hæc procedunt, etiam ſi interueniat iuramentum. Bar. col. penul. in l. ſi quis pro eo. ff. de fidei.

Sed his omnibus vnico verbo reſpondetur, ꝙ procedũt regulariter: omnes autem limitationes, de quibus ſuprà mentionem habuimus, procedunt, quando ſumus in caſibus ſingularibus, vt in ipſis patet.

109 *Formæ nil addi põt.* Dum autem diximus formæ nil addi poſſe non magis quàm detrahi, inde infertur nouus, & inauditus intellectus ad l.1.tit. delos teſtamen. lib.5. ordi. dum ait.

110 E otroſi mandamos, que vala el teſtamẽto que fuere hecho con buenos teſtimonios. Nam poſtquàm docuit quónam modo & forma fieri deberet teſtam. ſubiecit valere teſtam. quod bonis probationibus factum eſſet, nec aperit quẽnam forent illæ bonæ probationes, ánne eſſent illæ, de quibus antea ſpecificè mẽtionem habuerat, an aliæ. Qua in re noſtrorum pleriq; variant. Nos autem olim conſulti ſic reſpondimus, ꝙ licèt teſtator probare tur deſtinaſſe facere teſtam. cum maiori teſtium numero quàm regulariter deſideratur, tamen quia non poteſt formæ teſtamentorum quicquam addi non magis quàm detrahi, id teſtam. valeat, quod habuerit buenos teſtimonios, id eſt legitimum teſtium numerum, legitimamq; ſolennitatem, & formam, licèt non interfuerit quod præterea teſtator ſuperaddere deſtinarat. Id quod in ſimili ꝓbat text. de iure cõmuni ad hanc rem à nullo vnq; perpenſus in.l.3.ff. de milit. teſtamento. Nam tũc præſumo teſtatorem receſsiſſe à priore voluntate. vt dict. l. 3. & dict. l. 1. ſic intellecta.

Intell. l.1. ti. delos teſtamentos. lib. 5. ordina.

111 Quid autem ſi teſtator, qui cum maiore teſtium numero teſtari deſtinauerat, expreſsit non aliter ſe velle valere ſuum teſtam. quàm ſi tot illæ ſuperadditæ vel ſuperoptatæ ſolennitates interfuiſſent? Et adhuc magis eſt vt tale teſtamẽ. valeret: quia ſolennitati addi nihil potuit, nõ magis quàm detrahi: verùm quaſi ex defectu voluntatis id teſtam. ratum nõ eſſet, ſi apud iudicem certum eſſet non aliter teſtatorem ſuum teſtamen. firmum eſſe optaſſe, quàm ſi illæ ſolennitates ſuperadditæ, aut ſuperoptatæ interfuiſſent. argumento in ſimili in.l.fi.ff. de hære. inſtit. & quæ tradunt Barto. & omnes per text. ibi in. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de lega.3. & in.l.ſi mihi & tibi.§.fi.ff. de leg.1.

Teſtamentũ quod ut in ſcriptis ualere non poterat ut teſtator cogitauerat, an ualeat ut nuncupatiuum, noua declaratio.

Dicet quis, cur ergo imponimus legem verbis contra. l.2. C. com. de lega. Quid iuuat dicere formæ teſtamẽtorum nihil addi poſſe

di posse non magis q̃ detrahi, si cùm aliquid superaddere testator destinauit qđ postea omisit, testam. licèt nõ ex defectu formæ, tamen ex defectu volũtatis infirmatur, nullus vnq̃ responsum dedit. Sed bellissimè respõdetur, multùm interesse: quia cùm id testam. in sui forma initio valuerit, licèt infirmari posse videretur ex defectu voluntatis, tamen potuit postea testator citra vllam solennitatem declarare se velle, vt id testam. quod formam tantùm solennem, non etiam pleniorem habuit, valeret, sicq; ratum erit. vt in. l. hæredes palàm. §. 1. & 2. ff. de testa. & tamẽ si in forma videretur defectus, tũc & initio nil valeret, & ex post facto refici nõ posset, nisi per interuentũ omniũ ex integro solenniũ. d. l. hæredes palàm. in prin. &. §. 1. Quæ not. quia principes, & magnates sæpe solent destinare cũ numerosiore testiũ cõuentu testari, q̃ iure cõi requiratur.

112 Quid autẽ, si testator, qui destinarat testam. in scriptis facere, adhibuit solennitatem ad testam. in scriptis nõ idoneam, sufficiẽtem tamen ad testam. nũcupatiuum, an vt testam. nuncupatiuũ valebit, licèt vt in scriptis testam. valere nequeat? Videtur q̃ nõ. argu. l. 1. ff. de iure codicillorũ. l. fi. C. de codicill. l. nõ codicillũ. C. de testa. præsertim qa (vt diximus) cùm agitur de creatione alicuius rei, tũc omissio formę, etiã in minima sui pte, vitiat dispositionẽ, ita vt ea dispositio nec valeat in vim illius dispositiõis, de qua agebatur, neq; in vim alterius. vt docẽt Bar. & cõmuniter doct. in. l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. Et ita se habet receptior opin. vt alibi differimus. Licèt cõtrarium teneat, & dicat cõmuniter teneri Ludouicus Gozãdi. consi. 3. n. 10. per d. l. 3. ff. de mili. testamen. cuius opi. etiam communis est, vt infrà dicemus.

Declaratio l. 3. Tauri.

113 Quam opi. in terminis iuris cõis suspectam quidã putãt, verùm iure regio fortè defendi posset. arg. d. l. 1. tit. de los testam. lib. 5. ordi. ibi. E otrosi mãdamos, q̃ vala el testamẽto, q̃ fuere hecho cõ buenos testimonios. Nam postq̃ tex. ille tradidit formam testamẽti, quorsum pertinuit adijcere similiter vt valeret testa. qđ haberet legitimã probationẽ, aut legitimã formã, nisi vt mõstraret, q̃ licèt testator destinasset testam. nuncupatiuũ facere, neq; expressisset nomẽ hæredis. iuxta. l. iubem⁹. C. de testam. si tamẽ interfuisset solẽnitas sufficiẽs ad testam. in scriptis cõficiendũ, id testam. firmũ esset, valeretq; vt testam. in scriptis? quia tale testam. nõ potest non videri habuisse buenos testimonios. i. solennitatẽ legitimã. Idem p̃ contrariũ. Nã si instituit facere testam. in scriptis, nec adhibuit solẽnitatem ad id testamẽti genus sufficiẽtem, sed eam tãtùm, quæ testamẽto nuncupatiuo sufficeret, tũc quia negari nõ potest, quin testam. nuncupatiuum habeat satis buenos testimonios. i. satis legitimam probationẽ, magis est, vt tale testam. valeat in vim testamẽti, non in scriptis cõfecti (licèt id testator cogitauerit) sed magis testamẽti nũcupatiui. Quæ nota, quia nouissima, & summè vtilia. Et vide. §. §. 11. vbi teneo idẽ esse de iure cõi.

Declaratio l. 1. tit. de los testam. lib. 5. ordi.

114 Dum autẽ diximus, q̃ si destinauit testari cũ. 20. testibus valet testam. licèt septem tãtùm testes adhibiti fuerint, & si obijcia tur, & euidẽter probetur testatorẽ noluisse valere testam. nisi haberet. 20. testes, si tamẽ postea etiã sine solennitate testator declarauit se cũ. 7. tãtùm testibus cõtentũ fuisse, inde infertur, q̃ licèt testam. primũ habeat clausulã derogatoriam, tñ testa. se cũdum valere non desinit, licèt clausula illa derogatoria nõ reuocetur in illo secũdo testamẽto, sed longè postea. sicq; limitatur. l. si quis in prin. testamẽti. ff. d̃ leg. 3.

Intellec. l. si quis in prin. ci. ff. de legat. 3.

Dum aũt diximus, q̃ formæ trãsgressio non nocet, quãdo. l. vltrà processit declarãdo actum cõtra. l. factũ in toto vel parte valere, & ita etiã intelligi posse. d. l. 3. ff. de mili. testam. qa ibi. l. vltrà processit declarãdo testamẽtum valere iure militari,

115 inde etiã infertur declaratio ad. l. 50. Enel quaderno delas alcaualas. vbi lex iussit, q̃ si

Declaratio l. 50. in qua

terno alcaua la. cuius transgreß. nõ uitiat cõtractum.

q̃ ſi quisquam cõductorum gabellarũ, redituúmue regalium duos reditus diuerſos pariter vnoq; contractu conduxiſſet, teneretur infra dies quinq; eos reditus diuidere, declarareq́ue quantum pretij pro quolibet reditu dabat, aut offerebat, vt ſic qui eam adiectionem, aut incrementum offerre vellet, quam (puja del quarto) Hiſpanè appellamus, poſſet hanc adiectionem offerre in ſingulis reditibus, vel in aliquo eorum. Verùm ſi hanc declarationem ille conductor facere diſtulerit, aut neglexerit infra dictos dies quinq;, adhuc contractus ille locationis valere non deſinit, quia eadem lex vltrà proceſſit declarando, vt ceſſante conductore, eadem declaratio fieri poſſet per regios rationales, ſicq; ea lex formam præciſam non videtur induxiſſe.

116 *Declaratio l.61. in qua terno alcaua. et an eius transgreßio uiciet.*

Infertur etiam declaratio ad.l.61. enel quaderno de alcaualas. vbi in reditibus, & gabellis regalib⁹ minor vigintiquinq; annis neq; conductor eſſe poteſt, neque fideiuſſor cõductoris, niſi vel dicat ſe maiorem, vel iuret ſe reſtitutionem non peti turum ſub certa pœna, quę imponitur tabellioni, ſi aliter inſtrumentum hac in re cõſcripſerit. Nam in terminis illius legis. 61. contractus tam locationis, quàm fideiuſsionis, etiam citra talem aſſertionem, vel iuramentum valere non deſinit, licèt tabellio puniatur. Quia cùm lex illa diſpoſuerit, & deinde pœnam adiecerit vltrà procedendo, videtur velle, vt contractus valeat, dum modo pœna præſtetur, vt quibuſdam videbatur. Sed ſanè in terminis illius legis magis eſt vt contractus ipſo iure non valeat, quia duo ſunt illius legis præcepta: primum prohibitorium, ne talis contractus fiat, vnde actus cõtrà factus nullius momenti eſt: alterum pœnale, vnde talis actus vtilis eſt quo ad pœnæ tãtùm exactionem. Simile in. l. planè. in prin. ff. de lega. 1. Simile etiam in vẽdente rem alienam. vt in. l. rem alienam. ff. de contrahen. emp. Simile etiam in. §. penul. & fi. Inſt. de vſufruct. Facit, quia inducta ad vnum effectum, non debent contrarium operari. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. ſed pœna adiecta fuit, quo minus ille contractus fieret. ergo. &c.

117 *Declaratio l.65. in qua terno alcaua. & an eius transgreßio uiciet.*

Vnde accommodari poteſt ſimilis declaratio ad.l.65. enel quaderno de alcaualas. vbi vetitum eſt, ne conductores, qui omnes gabellas, reditúsue regales alicuius ciuitatis conducũt, cùm res ſingulas, aut ſingulos reditus minutatim, aut ſigillatim locant, quicquam pretij, mercedisue paſciſcantur, præter ipſam mercedem principalem. Et lex vltrà procedit, declarando, q̃ ſi aduerſus ea factum fuerit, tũc indebitum ſit illud, quod præter ipſam mercedem, pretiúmue principale exolutum fuerit, aut conuentum, & præterea aliter etiam puniuntur. Nam ſanè in terminis illius legis is contractus aduerſus illius legis interdictionem factus valere non deſinit. Quia eadem lex pœnalis, & prohibitiua vltrà proceſsit, declarando illum contractum ex illa tantùm parte infirmum eſſe, quæ egreditur pretium, mercedémue principalẽ. Et in eo lex illa memorabilis eſt, q̃ ignoſcit ei, qui delictum patefecit, vt principalis delinquens puniretur. Eſt etiam in eo memorabilis, q̃ accuſanti ſi nõ probat, imponit pœnam talionis. Et etiam in eo, q̃ admittit probationem etiam eorum, qui fraudem participant, licèt non ſint conteſtes, ſed de diuerſis actibus, & temporibus deponant. Sed cùm lex illa ſit pœnalis, an in eius terminis eius trãſgreſſor peccet quo ad Deum? Et quidem ſi ex tali tranſgreſsione principi damnum illatum fuit, & peccauit, & ad reſtitutionem tenebitur. Quia ſi remota illa lege teneretur ratione damni dati, longè magis lege illa ſtante, quæ quo magis, non quo minus teneretur, lata fuit. Quòd ſi re vera nullum damnũ illatum fuit, tunc non peccat, quaſi lex pœnalis eo caſu obliget ad pœnam, non ad peccatũ. vt ex cõi opi. reſoluimus in. §. 10. ad fi.

Vnde

118 Vnde in terminis.l.66.Enel quaderno de alcaualas.similiter tenendum est, contractum aduersus formam illius legis factum,nullius momenti esse, & præterea pœnam præstandam. Nam cùm lex illa iusserit,vt conductor per modum vniuersitatis,qui conduxit omnes reditus regales alicuius prouinciæ,non posset sigillatim iterum aliquos ex illis reditibus locare nisi sub lóga obseruatione illius legis, vt sic verum pretium non occultetur, & eadem.l.vltrà processerit, declarando,vt reconductio aduersus formam illius legis facta nó valeat, & præterea transgressor aliam pœnam, de qua ibi, subeat,supereſt, vt lex illa licèt pœnalis sit, impediat actus validitatem, quia duo fuerant illius legis capita : alterum nullitatem actus:alterum pœnam inducens: & nunq̃ duæ leges, præsertim pœnales, in eadem re concurrentes, alia aliam consumit. vt in.§.pe.& fi.Insti. si quadr.paup. feci.dicatur. Vnde quo ad forum animæ si hac de causa princeps re vera læsus fuit, tenebitur ad damni dati restitutionẽ, quia etiã illa lege remota teneretur.Ergo illa lex facta quo minus princeps lædatur,non debet contrarium operari. contra. l. legata inutiliter.ff.de leg.1.l.legata. ff. de adimẽ. lega.l.3.§.si emancipatus. ff. de contra tabul. Verùm si re vera læsus non fuit, cessat peccatum: quia tunc lex pœnalis non tam ad peccatum,q̃ ad pœnam obligasse videtur. vt alibi ex cómuni opinione resoluimus in.§.10.ad fi.

Declaratio l.66.in quaterno alcaua. ut eius transgressor peccet, & uitietur cõtractus.

119 Deinde &.14.requiritur, q̃ testes subscribant sese in testamento.vt probat tex. in.§.sed cùm paulatim.& in.§.possunt.Insti.de testam.l.ad testium.§.fi.ff. eod.tit.l. hac consultissima.in prin.&.§. nó subscriptum.C.eod.tit.l.1.tit.1.part.6.l.3. in legibus Tauri.

Testiũ subscriptiones requirit testamẽtum. Fallit in.20 casibus denuò considerat is.

Limita primò, vt non procedat in codicillis, in quibus nulla lege cautum expressim reperitur, q̃ interueniant testium subscriptiones.vt patet in.l.fi.§.fi.C.de codicillis.& in.§.fi.Inst.de fideicom.hæredi.

120 *L.3.Tauri.*

Secundò limita. vt non procedat in testamento,quod haberet clausulam codicillarem: nam absq; vlla testium subscriptiõe similiter tale testam. valeret in vim codicillorum, & institutio hæredis conuerteretur in fideicommissum vniuersale.argum.dict.l.fi.C.de codicill.l. 1. ff. de iure codicillorum.facit.l.codicillis.§.fi.ff. de lega.2.l.cùm pater.§. filius matrem. ff. de lega.2.

Tertiò limita. vt nó procedat in testamento facto coram principe. argumento.l.omnium.C.de testamen.l.5. titulo.1. part.6.

Quartò limita. vt non procedat in testamento facto ab ipsomet principe.argumento.d.l.omnium. & eorum quæ diximus.

Quintò eadem ratione limita. vt non procedat in testamento facto ab eo, qui habet merum imperium in locovbi testabatur. argumento eorum quæ diximus suprà.

Sextò limita.vt non procedat in testamento facto apud acta iudicis. argumento eorũ quæ in simili docebamur suprà. Deniq; hoc requisitum requiritur in testamento tantùm in scriptis,non in nuncupatiuo.

Septimò limita.vt non procedat in testamento militis, in quo hæc solennitas videtur remissa, non secùs, q̃ reliquæ solennitates.argum.§.planè Inst.de testam. mili.l.milites. l. sicut certi. l. fi cùm vel in vtero.C.eod. tit.l.1.l. diuus. & per totum ff.eod.tit.& in simili diximus suprà. facit l.4.tit.1.par.6.

Octauò limita. vt non procedat in testamento facto à patre inter liberos.argumento.l.fi.C.fam.her.l.hac cõsultissima. §.ex imperfecto.C. de testam. & diximus in simili suprà.facit.l.7.tit.1.part.6.

Nonò limita. vt non procedat in testamento facto ad pias causas.argum.c. relatum.&.c.cùm esses.de testam.& in simili

diximus

diximus ſuprà.& infrà dicemus.

Decimò limita.vt non procedat in teſtamento peregrini,in quo iuris ciuilis ſolennitates remittũtur, non ſecùs, quàm in teſtaméto militis, vt diximus ſuprà in ſimili.& traditur per Lupum in.l.3. Tauri.colum. fi. & dicemus infrà.& idem iure regio,per quod ampliatur.l.2.tit. delos teſtam.lib.5.ordi.

121 *L.2.titu. de los teſtam. lib. 5. ordi.*

Vndecimò limita. vt non procedat in teſtaméto facto coram presbytero parochiali.argum.text.in ſimili ſecũdùm vnũ intellectum nouiſsimorum in cap. cùm eſſes.de teſtam.

Decimotertiò limita. vt non procedat in teſtaméto facto tempore peſtis,in quo hanc ſolennitatem prætermitti poſſe puto,non ſecùs,quàm reliquæ ſolennitates. vt in ſimili probauimus ſuprà.

Decimoquartò limita. vt non procedat in teſtamento facto tempore belli, in quo eadem ratione hãc ſolẽnitatem relaxari poſſe puto, nõ ſecùs,q̃ reliquæ ſoléni tates. argum. eorum quæ in ſimili diximus ſuprà.

Decimoquintò limita. vt non procedat, vbi eſſet hominũ penuria, quo caſu hanc ſolennitatem prætermitti poſſe exiſtimo,non ſecùs,quàm reliquæ ſolennitates.vt in ſimili docuimus ſuprà.

Decimoſextò limita. vt non procedat in teſtamento facto in carcere tyranni,in quo hanc ſimiliter ſolennitatem prætermitti poſſe puto, non ſecùs , quàm reliquæ ſolennitates.vt in ſimili diximus ſuprà.

Decimoſeptimò limita.vt non procedat,etiam ſi hominũ copia eſſet, teſtium tamen penuria adeſſet,quo caſu hanc ſolennitatem prætermitti poſſe puto, non ſecùs,quàm reliquæ ſolennitates.vt diximus ſuprà.

Decimooctauò limita. quando princeps cum hac ſolennitate diſpenſaret. vt diximus in ſimili ſuprà.

Decimononò limita. quando lex generalis hanc ſolennitatem abrogaret. vt in ſimili diximus ſuprà.

Viceſimò limita. vt nõ procedat,quando conſuetudo cum hac ſolennitate diſpenſaret. vt docuimus in ſimili ſuprà. Quæ limitationes licèt à noſtris non conſiderẽtur,ſunt tamen ex mente & ſententia doctorum, & probantur ex dictis ſuprà.§.11.ad fi.vbi docemur in pleriſq; horum caſuum teſtam.eſſe informe, nec ad eius firmitatem quicq̃ ſolennium deſiderari,præter legitimam probationem,qualis eſt illa, quæ in actibus inter viuos ſufficit.

122 Illud autem dubium eſt, an talis ſubſcriptio habeat eandem vim,quã haberet tota ſcriptura,ſi facta eſſet manu propria ipſius teſtis,vel alterius? Qua in re,aut loquimur in ſcriptura priuata, aut in ſcriptura publica.Si in ſcriptura priuata, tũc aut eſt ſcripta et ſubſcripta manu propria diſponentis,& id ſine dubio ſufficit. Aut ſcripta tantũ & nõ ſubſcripta,& ſimiliter ſufficit.vt in.l.cùm antiquitas.in.§.fin. C. de teſtam.Aut ſubſcripta tantùm,& non ſcripta,& id ſimiliter ſufficit.argum.text. in prin.Inſti. de emptione & venditione. facit text.in.l.Domitius.ff.de teſtamẽ. In inſtrumento tamen publico, aut eſt ſcriptum,& ſubſcriptum à tabellione, & ſufficit.Aut ſcriptum tãtùm,& non ſubſcriptum, & non ſufficit. Aut ſubſcriptum tantùm,& non ſcriptum, & bene ſufficit ſecundùm veras & communes reſolutiones.vt latè per Alexand.conſil.153. Videtur prima.lib.2.nu.7.Bald.& Alex.& Iaſ. num.12.in dict.l.cùm antiquitas. in prin. C.de teſtam.& ibi. Paul. & idẽ dicit Bart. ſub dubio fortè in.l.cùm tabernam.§. idẽ quæſijt.& ibi Ange.& Salice.ff.de pig. & Bald.per illum text.in. prin. digeſtorum. in.10. quæſt. in vlti. colum. & do. Anto. in cap.2.in.2.col.de fide inſtru. eſt text.in l.2.in verb.tabularius non ſubnotauit.C. de cõueni.fiſ.debi.ll.x.quẽ adhoc allegat Bal.in.l.2.&.3.qñ. fiſ. vel priua.tenet glo.

Subſcribẽs an æquiparetur totĩ ſcribenti.

ordi.in.l.generaliter. C. de tabula.lib. 10. Idē not.Bar.& alij.in.l.emptor. §. Lucius. per illum text. cum glo. in verb. habebitur.ff.de pact.facit tex.in auth.quod ſine C.de teſtam.iuncta authē.ſi modo. C. fami.herciſ.& tex.notabilis.in.§.1. Inſtit. de contrahen.emptione.& in.l.ſi per epiſtolam.ff.de acqui.hær.& in.l.ſicut.§.non videtur. & ibi not.Barto.ff. qui pig. vel hypo. ſol.& in.l.1.ff.de conſtitu.princi. & in cap. ſi quis presbyterorum. cum glo. in verb. ſubſcripſerit.de reb. eccle. non alie. glo.in cap.ex literis.de tranſact. & in cap. quanto. de his quæ fiunt à præla. Vnde Bald.ait in authen. contra qui propriam.

123 in.3.col.C.de non num.pec. quòd diſpoſitio illius authenticæ loquens in negāte ſcripturam propriam,habet locum in eo, qui negat ſcripturam ſcriptam manu alterius, ſed manu ſua ſubſcriptam. facit glo.notabilis.§.his verò.in authen. de inſtrumentorum cau. & fi. per quam dicit ſignanter Ange. in.l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait.& in.l. quædam.§. nihil intereſt. ff. de eden. quòd paria ſunt, vel quòd notarius rogatus de principali inſtrumento ipſemet exemplet ſua manu, an verò faciat ſcribi per alium notarium, vt tota die fit, & poſtea ipſe ſubſcribat: quia ex tali ſubſcriptione eſt perinde,acſi inſtrumentum propria manu ſcripſiſſet. Ange.in.l.pluribus.in princi.& in.l. ſi ita ſtipulatus fuero ſi Titius. §. Chryſogonus.ff.de verbo. obliga. Fortiùs per prædicta, quòd ſola ſubſcriptio habeat eandem virtutē, acſi tota ſchedula eſſet propria manu ſcripta,dixit ſingulariter Ange.in dict.§.Chryſogonus.& ibi ſequitur Ioan.de Imo.in.3.colum.Paul.de Caſt.

Tabellio an propriam manu inſtrum. debeat ſcribere.

124 Et in effectu dicit Alexand. quòd ſtante ſtatuto in ciuitate Florent.quòd ſchedulæ ſcriptæ manu propria mercatoris, vel artificis habeant executionem,ſicut ſi eſſet ſentētia diffinitiua, q̄idem erit in ſchedula,quæ ſit ſcripta manu alterius,& ſub ſcripta manu artificis approbātis omnia

Subſcriptio etiā in executiuis exæquatur ipſi ſcripturæ, cum cōmuni.

in ea contenta : quia virtualiter eſt idem, acſi ipſe manu propria ſubſcripſiſſet.

Contrarium tamen tenēt Ang. & Iaſ. in.d.l.cū antiquitas.in.fi.quia (inquiunt) non verè, ſed fictè dicitur à me ſchedula ſcripta, quam ipſe non totam ſcripſi, ſed tantùm ſubſcripſi.argu.l.diuus.in.§. item ſenatus. ff. de falſis. Sed verior eſt prior ſententia contra Ang. & Iaſ. quia ſchedula à me ſubſcripta non ex mera fictione à me ſcripta intelligitur, ſed magis ex iuſta & ratiōabili legis interpretatiōe, vt dictis iuribus probatur.Neq; dubium eſt,quin leges nouæ recipiant omnes legales interpretationes ſecundùm veram & commu nem reſolutionem (quam vſus in tota Hiſpania hodie confirmat) de qua per Alexand.poſt Bart.& alios ibi in.l.1.§. lex falcidia.per text.ibi. ff. ad legem falci. per Rodericum Xuarez in.l. quoniā in prioribus. ſuper lege regia in prin. C. de inof. teſtamen.

125 Et quod diximus ſuprà,quòd teſtamē tum tabellionis valet,quando eſt ſcriptū & ſubſcriptum manu propria ipſius tabellionis,vel etiam ſubſcriptum tantùm, licèt ſit ſcriptum manu alterius, vt quoti diè fit,id intelligendum eſt, dum modo non deſit ſignum ipſius tabellionis: nam eo deficiente, inſtrumentum eſſet nullius momēti.vt reſoluit ex communi ſententia Alexand.conſil.153.num.7.lib.2.

Tabellionis ſignū eſt neceſſariū in inſtrumentis.

In ſumma dum ſuprà incidenter attigimus,an teſtis eſſe poſſit ipſe ſcriptor teſtamenti,quod conceſsimus, argumento.l.Domitius.ff. de teſtam. idem quæri ſolet in teſte adhibito, qui poſtea pro teſtamento patrocinatus fuit. Et magis eſt, vt non prohibeatur. argumento in. §. teſtes autem.cum duobus vel tribus ſequē tibus.Inſt.de teſtam.licèt in cōtrarium faciat in argu.l.pe.&.fi.ff.de inof.teſtam.

126 Aduocatus tamen cùm in eodem teſtamento teſtis fuerit,ſicq; certò ſciat cōtenta in teſtamento eſſe vera, teſtamentumque ſolenne, adhuc tamen ſi contra teſta-

Aduocatus quādo in teſtamento teſtis eſſe poſ

ſit, uel illud dolo defendere, uel ſalarium immenſum recipere.

teſtamentum quaſi falſum eſſet agatur, nulla fraude ſecundùm quoſd. vti poterit ipſe aduocatus, ſed more vſitato, & honeſto, remota omni fallacia, & dolo, illud debet defendere. vt reſoluit Couar. variarum reſol. c. 1. nu. 2.

Contrariũ tamen videntur tenere Præpoſitus in. c. per tuas. col. 2. qui filij ſint legitimi. Ioan. And. in. c. cupiẽtes. in verbo, malignantium. de electione. lib. 6. Hippolytus ſingulari. 177. Malitijs hominum. idem in practica cauſarum crimi. §. opportunè. nu. 93. Tiraq. de vtroq; retractu. in præfatione. n. 70. Decius in. l. ea eſt natura. n. 3. ff. de reg. iur. poſt glo. quam dicit ſingularem in. c. dominus. 23. q. 2. Neuiza. in ſylua nuptiali. lib. 4. n. 135. Cogita, nã tutius eſt in omni re vti non fraude, ſed ſimplici æquitate, & moderamine.

Vnde Horatius ſic cecinit.

Inſani nomen feret ſapiens æquus iniqui
Vltra quàm ſatis eſt uirtutem ſi petit ipſam.

Vnde neq; ad ſui vtilitatem ſalarij nomine debet, aut poteſt plus, vltráue, q̃ ſatis ſit, exigere. vt per Abulen. ſuper Exod. tomo. 1. fol. 164. Tiraquel. de nobilitate. cap. 29. num. 26. & num. 8. & num. 45. Iaſ. in. §. tripli. num. 57. Inſti. de actio. poſt Bar. in. l. omnes populi. quæſtio. 5. niſi in caſu ſpontaneæ oblationis. vt per Tiraquel. vbi ſuprà. nu. 36. & num. 52. poſt Innocẽ. Anto. & Abb. in cap. quia pleriq;. de immunitate eccle. de quo per Dominicum de Soto de iuſtitia & iur. cap. 8. articul. 4. Thomas. 2. 2. quæſt. 71. idem Dominicus de Soto de iuſti. & iur. lib. 5. queſt. 7. art. 4. Archidiaconus in cap. nõ licet. 11. queſt. 3. Ioan. And. ad Specula. de ſalario. §. ſequitur. Felin. in. c. per tuas. in magno. de ſimonia. num. 3. Iaſ. in. §. ſed iſte quidem. n. 113. Inſt. de actio.

1 *TEſtamentum requirit ſigna teſtium præter ſubſcriptiones. Fallit in. 18. caſibus.*
2 *Declaratio. l. 7. del quaderno de Alcaua. ut eius forma neque at omitti.*
3 *Declaratio. l. 8. del quaderno del encabe. ut pendẽte dilatiõe, nouatio fiat ex illius. l. diſpoſitiõe.*
4 *Declaratio. l. 9. in. d. quaterno. ut eius forma nequeat omitti.*
5 *Teſtamentum non poteſt ſcribi per notas inſolitas, cum communi. Fallit. in. 18. caſibus.*
6 *Declaratio. l. 2. tit. 2. lib. 5. ordi.*
7 *Declaratio. l. 68. in quaterno alcaua. & an eius tranſgreſſio uitiet.*
8 *Declaratio. l. 23. del quaderno del encabe. ut forma legis, quæ ultrà proceſſit, pœnam addendo, poſſit omitti.*
9 *Tabellio debet rogari in teſtamento, cum cõmuni.*
10 *Tabellio non præſumitur rogatus, niſi probetur, uel ipſe hoc teſtetur, cum communi.*
11 *L. 5. tit. 1. part. 6. ampli.*
12 *Declaratio ad. l. 57. in quaterno alcaua. quæ diſpoſitiuè tantùm loquitur, & tamen formam inducit.*
13 *Iudæi, & Saraceni, impij, & perfidi præſumuntur, quibus minimè committenda eccleſiæ, aut reipublicæ gubernatio.*
14 *Declaratio. l. 41. in quaterno alcaua. ut licèt diſpoſitiuè loquatur, inducat formam.*
15 *Maioratus non admittit compromiſſum, cum communi. Idem in trãſactione, cum communi.*
16 *Maioratus poſſeſſor cum condẽnatur, præiudicat ſequentibus, cum communi contra alteram communem.*
17 *Teſtamentum in ſcriptis iure regio deſiderat tabellionem, non iure communi. Fallit in. 18. caſibus.*
18 *Tabellionis in teſtamento & reliquis diſpoſi. an ſignum requiratur.*
L. ſi. tit. 12. part. 6. ampli.
19 *L. 5. tit. 1. part. 6. ampli.*
20 *Limit. 5.*
21 *L. 7. titu. 1. part. 6. ampli.*
22 *Limit. 7.*
23 *L. 4. titu. 1. part. 6. ampli.*
24 *Limit. 8.*
25 *Limit. 9.*
26 *Limit. 10.*
27 *Declaratio. l. 2. tit. 2. lib. 5. ordinamen.*
28 *Limit. 12.*
29 *Limit. 13.*
30 *Limit. 14.*
31 *Limit. 15.*
32 *Limit. 16.*
33 *Limit. 17.*
34 *Limit. 18.*
35 *Teſtamentum uitiatur, ſi tabellio fuerit cõpulſus.*
36 *Tabellio gratis pauperum conficit inſtrumenta.*
37 *Aduocatus pauperibus gratis patrocinatur.*
38 *Aduocatus compellitur patrocinari.*
39 *Tabellio nil extrahit de protocolo ſine mandato iudicis, cum communi.*

40 *Declaratio.l.6. enel quaderno del encabe.ut ibi formæ omiſsio non uitiet.*

41 *Declaratio.l.5.enel quaderno del encabe. ut facultas diſpenſandi hac in re nulla ſit.*

42 *Declaratio.l.11.titu.1.lib.3.ordi.*

1 *Teſtamentum requirit ſigna teſtium præter ſubſcriptiões. Fallit in.18. caſibus.*

DEINDE &.15. requiritur, ꝙ omnes teſtes ſua ſignacula impreſſerint teſtamento. vt in. l. ad teſtiũ. §. fin. ff. de teſtam. & in. l. hac conſultiſsima. in prin. &. §. non ſignatum. C. eod. titu. & in. §. ſed cùm paulatim. &. §. poſſunt autem. Inſt. eod. &. l. 1. tit. 1. part. 6. &. l. 3. in legibus Tauri. Et licèt hæc ſolennitas ſit variabilis, quia teſtam. poteſt ſignari altero de quatuor modis: nam ſinguli teſtes poſſunt teſtamen. ſuis ſignaculis ſignare, vel etiam ſigno ipſius teſtatoris, vel etiam ſigno alterius tertij, vel etiam vnus teſtis cum ſignaculo alterius teſtis, vt probat text. in dict. §. poſſunt autem. & dict. l. ad teſtium. §. ſi ab ipſo. ff. de teſtamẽ. &. d. l. hac conſultiſsima. tamen adhuc vtcunque variabilis ſit hæc ſolennitas in modo implendi, tamen in effectu prætermitti non poteſt: nam ſi prætermitteretur, teſtamen. vitiaretur, non aliter, atq; per defectum, & intermiſsionem alterius cuiuſque ſolennitatis. vt probat text. quem vnicum exiſtimo in. d. l. ad teſtium. §. fi. ff. de teſtamen. Vnde apparet, quòd teſtamen. ſi vel in minima ſui parte forma omittatur, vitiabitur ipſo iure. & vi. Corneum conſil. 304. lib. 1. num. 23. & omnes docto. in dict. l. hac conſultiſsima. præſertim per Paul. ibi. & in dict. §. ſed cùm paulatim. & in dict. §. penult. & fi. in dict. l. ad teſtium.

Limita primò, vt hæc ſolennitas in codicillis neceſſaria non ſit. argum. l. fi. §. fi. cum ibi notatis. C. de codi. & in ſimili per glo. in. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtamen.

Secundò limita. in teſtamẽto, quod habet clauſulam codicillarem, per eãdem rationem.

Tertiò limita. in teſtamento facto coram principe.

Quartò in teſtamẽto facto ab ipſo principe.

Quintò in teſtamento facto ab eo, qui habet merum imperium vbi teſtabatur.

Sextò in teſtamento facto apud acta iudicis.

Septimò in teſtamento militis.

Octauò in teſtamẽto facto à patre inter liberos.

Nonò in teſtam. facto ad pias cauſas.

Decimò in teſtamento peregrini.

Vndecimò in teſtamẽto facto coram presbytero parochiali.

Duodecimò in teſtamento facto tempore belli.

Decimotertiò in teſtamẽto facto tempore peſtis.

Decimotertiò in teſtamento facto in carcere tyranni.

Decimoquartò in teſtamẽto facto vbi eſſet hominum penuria.

Decimoquintò in teſtamento facto vbi eſſet teſtium penuria.

Decimoſextò limita. quando lex cum hac ſolennitate diſpenſaret.

Decimoſeptimò quando princeps diſpenſaret.

Decimooctauò quando conſuetudo diſpẽſaret. Nam in omnibus his caſibus omiſsio huius ſolennitatis non noceret, non magis, quàm omiſsio reliquarum ſolennitatum, vt diximus ſuprà in ſuperioribus requiſitis, vbi in ſimili hæc omnia probantur, licèt à nemine colligantur.

Id quod faciliùs admittendum in teſtamento, vel vltima volũtate cõmilitonum ad bellũ pergentium, quod fit per pactũ reciprocũ inter viuos. vt in. l. licet. C. de pact. Nam in omnib⁹ his caſibus, & ſimilibus teſtam. citra teſtium ſignacula valet: quia in illis teſtamẽtis nihil vnq̃ ſolennium deſideratur, præterlegitimam voluntatis probationem, qualis eſt illa, quæ

quę in actibus inter viuos deſideratur, qa in his omnibus caſibus ſemper teſtam. in forme eſſe intelligitur, & veluti diſpoſitio innominata, nulli legi, nulliue formę ſubiecta, rudis, iners, quæ vt iacet ſeruatur. vt hæc omnia nō minus nouè, q̃ vtiliter diſſeruimus ſuprà. §. 11. ad fi.

Deniq; hoc requiſitū de teſtium ſignaculis peculiare eſt in teſtamēto in ſcriptis, non. n. deſideratur in teſtamēto nūcupatiuo. §. fi. Inſt. de teſtam. l. hac conſultiſſ. §. per nuncupationem. vbi per omnes. C. eod. l. 1. 2. &. 3. cū ibi not. per Grego. Lup. titu. 1. part. 6.

Deniq; illud nobis memorabile eſſe videtur, q̃ vitietur teſtam. per omiſsionē tam leuis ſolennitatis q̃ eſſe videtur, q̃ defuerit ſignaculū vnius teſtis, præſertim cū lex diſpoſitiuè tātùm loquuta fuerit. Sed tādem ratio eſt, quia omnis ſolēnitas preſumitur ſubſtātialis, ſecundùm quod ſuprà diximus poſt Bald. in. l. comparationes. C. de fide inſt.

Illud autē mirandū eſſe videtur, cùm omiſsio leuis ſolēnitatis nocere nō ſoleat l. 1. §. fi. ff. de vētre inſpi. quare lex induxerit, vt ſi vnus ex teſtibus omiſerit ſignare teſtamētum, licèt illud etiā ſubſcripſerit, nihil actū eſſe intelligatur. vt probat. d. l. ad teſtiū. §. fi. ff. de teſtam. cùm ea ſolennitas nō leuis modò, verùm etiā leuiſsima intelligatur. Sed reſpon. q̃ ex ſolennitate formali nil vnq̃, vlláue ex parte mutari, aut prætermitti poteſt, etiā ſi lex diſpoſitiuè tantū loquatur, vt ex cōmuni opinione reſoluimus ſuprà nu. 90. cū ſeq. §. 14. Nā vt ibi forma præſumitur ſubſtātialis, etiā ſi diſpoſitiuè tātùm, nō etiam prohibitiuè loquatur, vt ex cōmuni opinione reſoluimus ſuprà. §. 4. nu. 16. &. 17. fallit, quādo lex vltrà proceſsit diſpenſando. vt dict. l. 1. §. fi. & eſt communis opi. vt ſuprà §. 14. num. 95.

2 Et dum diximus formā legis etiā diſpoſitiuè tātùm loquētis nō omittēdā, infertur neceſſaria declaratio ad. l. 7. enel quaderno dela prorogaciō del encabeçamiē to general Scis. n. q̃ omnes populi Hiſpaniæ ſuſcipiūt omnes gabellas (quas alcaualas vocāt) pro certo pretio ſingulis annis præſtando ab omnibus populis, ſed q̃ d. l. 7. cautum eſt, vt ſinguli populi in ſoli dū nō teneātur, ſed obligatio diuidatur, non aliter, atq; diuidi ſolet de iure cōi inter fideiuſſores. Verùm ſępe euenit, vt cō tra formā. d. l. 7. populorū nonnulli obligentur in ſolidū, non aliter, atq; cōtra formam iuris cōmunis ſolent ſimiliter obligari in ſolidū plures eiuſdem rei fideiuſſores. Qua in re controuerſum ſæpe fuit, an talis obligatio valeret, an verò tales populi ipſo iure ęquis ex partibus tantùm, non etiam in ſolidum obligati viderentur. Et placuit æquis tantùm ex partibus obligatos videri. quia forma illius legis. 7. preter mitti non potuit, etiā ſi diſpoſitiuè tātùm loqueretur, non etiā prohibitiuè, vel anullatiuè, quaſi quicquid cōtra formā illius legis factum fuerit, nullū ſit ipſo iure, cū ipſa forma in re dubia preſumatur ſubſtātialis (licèt qui illā ſententiā tuētur, & qua ſuprà. §. 4. n. 17. cōtrarium reſpōſuros vero ſimile ſit) quinimò licèt tales populi expreſsim huic beneficio renūtiaſſent, adhuc idem putarim, quaſi ipſo iure læſi videantur eo ipſo, q̃ tam ſalubri, cōſultoq; beneficio renuntiant, nec dubiū eſt, quin reſpublica hac in re vtatur iure minoris l. reſpublica. C. ex quibus cau. maiores. minores autem in ſimili exemplo ipſo iure ſeruarentur illæſi, cùm negari nō poſſet, quin læſio indubitata videretur. ergo. &c. vt in. l. fi. C. in quibus cauſis in integrum reſt. neceſſ. non. ſit.

3 Et licèt regulariter de iure communi interitus, vel deterioratio cuiuſque rei ad damnum & læſionem domini non alterius pertinere ſoleat, tamen ſi pendente tempore, ſeu dilatione illius conductionis, quam (encabeçamiento Hiſpanè appellamus) populorum quiſpiam caſu quodam ingentem patiatur læſionem

derno de alcaualas. vt eius forma nequeat omitti.

Declaratio l. 7. del qua

Declaratio l. 8. del qua derno ēl encabe. ut pēdente dilatione, noua tio fiat ex illius. l. diſpoſitione.

nem, aut diminutionem, minuitur portio ab ipſo præſtanda, idq; onus transfertur in reliquos populos. per. l. 8. enel quaderno dela prorogaciõ del encabeçamiẽto general. ſicq; recedimus à diſpoſitione iuris communis, quod habet, damnũ contingens in re ad dñm tantùm ipſius pertinere. l. pignus. C. de pigno. act. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obliga. præſertim cùm pendente dilatione dictæ cõductionis nil nouandum videretur. vt in. l. ſiue pars. C. de dilati.

4 *Declaratio l. 9. in dict. quater. ut eius forma nequeat omitti.*

Illud in ſumma prætermittendum nõ eſt, quòd cùm per. l. 9. enel quaderno de la prorogacion del encabeçamiento general. cautum ſit, vt lucrum, quod populi huius regni fecerint ex locatione gabellarum (quas alcaualas vocant) collectarum ab illis populis, qui noluerint accipere, & vti beneficio illo (qđ encabeçamiẽto appellatur) diuidatur inter reliquos omnes populos, vel ſaltẽ inter illos, qui nimis onerati erant, tunc licèt ſæpe controuerſum ſit, an tale lucrũ in alios vſus apprimè reipublicæ cõducibiles conuerti poſsit, tamen magis eſt, vt non poſsit, ne mutetur forma legis, quæ hac in re data eſt per dict. l. 9. cùm talis forma in re dubia præſumatur ſubſtantialis, ſicque nequeat prætermitti, vt iam diſſeruimus. Niſi malis dicere de voluntate ipſius reipublicæ in alios vſus æquè vtiles conuerti poſſe. argumento. l. filio præterito. ff. de iniuſt. rup. Et ita ſæpe me iudice obtinuit, licèt res dubia reddatur ex dictis ſuprà. §. 4. num. 29. & num. 18.

5 *Teſtamentum nõ poteſt ſcribi p notas inſolitas. cum cõmuni. Fallit in. 18. caſibus.*

Deinde &. 16. requiritur, quòd nõ ſcribatur teſtamẽ. per notas, cifras, ſeu abbreuiaturas inſolitas, ita vt vix percipi poſſit ſenſus ſcripturæ. Ita tenet vera & communis opinio. vt reſoluit Alexand. conſi. 153. Videtur prima conſideratione. nu. 6. lib. 2. Barto. & communiter docto. in authen. quod ſine. C. de teſtamen. per text. ibi. & per tex. in. l. ſed cum patrono. §. fin. ff. de bo. poſſ. tex. in. l. vnica. ff. ſi tabulę teſtamenti ſtabunt. ibi, quia ex coniectura non propriè ſcriptus videtur. Bar. in dict. l. ſed cum patrono. §. fi. & in. l. 2. C. de vetere iure enucleando. & in fi. C. de emendatione Iuſti. Codi. Speculator in titulo. de inſtrumentorum editione. §. inſtrumentum. verſic. item opponitur quòd inſtrumentum eſt factum per notas. Anto. in cap. 1. in. 7. colum. de fide inſtru. Ange. in. l. Lucius. in prin. ff. de mili. teſtamẽto. Barto. & alij in. l. quoties. §. 1. ff. de hæredibus inſtitu. per text. ibi in verſic. ſed & ſi quis. Guiliel. Bened. in capit. Rainutius. de teſtamen. 1. parte. in fi. num. 61. Dinus in dict. l. Lucius. facit quod notat Barto. in. l. quidquid aſtringendæ. colum. 1. ff. de verbor. obliga. Speculator in titulo de inſtrum. editione. §. oſtẽſo. verſic. quid ſi abbreuiatura.

Limita primò. vt non procedat, quando abbreuiatura eſſet intelligibilis & conſueta. argumento text. in dict. l. quoties. §. 1. in fi. ſecundùm pleroſq; eorum, quos ſuprà retulimus.

Secundò limita. vt non procedat in teſtamento militis, ſecundùm communiter docto. ſuprà relatos. per text. in dict. l. Lucius. l. 4. tit. 1. par. 6.

Tertiò limita. vt non procedat in teſtamento facto ad pias cauſas, quod militis teſtamento æquiparatur, ſecundùm Bened. vbi ſuprà.

Quartò limita. ſecundùm quoſdam, vt non procedat in libertate. Sed contrarium videtur verius. argumento text. in dict. authen. quod ſine. ſecundùm Guiliel. Bened. vbi ſuprà.

Quintò limita. ſecũdùm quoſdam, vt non procedat in teſtaméto facto à patre inter liberos, quòd regulariter in multis militis teſtamento æquiparatur. Sed contrarium verius eſſe videtur ſecundùm Benedictum vbi ſuprà argum tex. in dict. authen. quod ſine.

Sextò limita. vt non procedat in teſtaméto peregrini, quod exęquatur teſtam. militis

militis,vt diximus ſuprà.vnde peregrini teſtamentum etiam notis ſcriptum valebit.argument.tex.in dict.l.Lucius.Quæ omnia intellige, dum loquimur de peregrino, vt procedãt etiam iure regio. Per quod ampliatur.l.2. titul.2. libr.5.ordin. 6 vt liberè intelligatur, etiam ſi per notas teſtament.ſcribatur.Diximus ſuprà in ſimili.§.24. num.4. Et ſcias hoc requiſitũ, ne teſtament. per notas inſolitas ſcribatur,peculiare eſſe in teſtamen.in ſcriptis. Aliud in nuncupatiuo,vbi cũ nulla ſcriptura requiratur,interuentus ipſius minus legitimæ nocere non poteſt.per tex. cum gl.in prin.C.de rei vxoriæ actione.

L.2. titu.2. lib.5. ordi.

Hæc etiam, quæ de teſtamento notis ſcripto dixi, intellige quando notæ illæ licèt erant inſolitę,multumq́;difficulter legi poterant, tamen aliquo modo earũ ſenſus percipi poterãt:nam ſi nullo modo percipi poſſent, tũc id teſtamentum non valeret in nullo caſu quantumcunque ſpeciali & fauorabili. argumen.tex. in.l.ſi quis cùm teſtamentum faceret.ff. de teſtament.Ergo aut illæ notæ,ſeu abbreuiaturę nullo modo percipi poterãt, & tunc teſtamentum non valet, etiam in milite,&alijs perſonis priuilegiatis.argument.text.in dict.l. ſi quis cùm teſtamentum.Aut illæ notæ erant conſuetæ, & facilè intelligibiles, & tunc regulariter valet teſtamentum, etiam in perſona non priuilegiata. vt in dict.l.quoties.§.1. in fi.Aut illæ notæ ſeu abbreuiaturæ neque faciles erant, neque omnino deſperatæ,ſed licèt erant inconſuetæ, & difficiles, tamen aliquo modo intelligi poterant,& tunc regulariter teſtamentũ non valet.Fallit tamen in caſibus ſuprà enumeratis.

Septimò fortè limitari poteſt in teſtamento facto in carcere tyranni, quaſi in illa neceſsitate conſtituto ſubueniendũ ſit,ſi voluit per compẽdium ſcribere ſuũ teſtamẽtum,cùm per tempus,& iuſtum timorem non liceret ſibi longiorem facere ſcripturam. argument. eorum quæ diximus in ſimili ſuprà.

Octauò eadem ratione limita.in teſtamẽto facto tempore peſtis,ſi per tempus & morbi ſæuitiam,& contagium non licebat longiùs proferre ſcripturam.argumen. eorũ, quæ in ſimili diximus ſuprà.

Nonò limita. in teſtamento facto tẽpore belli, ſi per temporis anguſtiam ſimiliter nõ licebat longiorem facere ſcripturam.argumen. eorum,quæ diximus in ſimili ſuprà.

Decimò limita.vt nõ procedat generaliter vbicũq; tam vrgens neceſsitas immineret, vt fas non eſſet longiorem facere ſcripturam.argument. eorum,quæ diximus in ſimili ſuprà.& argument.text. in.l.cùm antiquitas.C. de teſtam. & in.l. caſus.eodem titul.

Vndecimò limita. vt fortè non procedat in teſtamento facto coram principe. argumento tex. in.l.omnium.C.de teſtamentis.

Duodecimò limita. vt non procedat in teſtamento facto ab ipſo principe. argument.dict.l.omnium. cum ijs quæ ſuprà diximus in ſimili.

Decimotertiò limita.vt non procedat in teſtamento facto ab eo, qui habet merum imperium in loco,vbi teſtabatur.argument. dict.l.omnium.iunctis ijs,quæ in ſimili diximus ſuprà.

Decimoquartò limita. vt non procedat in teſtamẽto facto apud acta iudicis. argumento eorum, quæ in ſimili diximus ſuprà.

Decimoquintò limita. vt non procedat,quãdo per legem hæc ſolennitas immutata eſſet.

Decimoſextò idem eadem ratione,ſi hæc ſolennitas per principem immutata eſſet.

Decimoſeptimò idem eadẽ ratione, ſi per conſuetudinem immutata eſſet. Nam his tribus caſibus, de poteſtate legis,principis,vel cõſuetudinis circa mu-

tandas teſtamentorum ſolennitates dubitandum non eſt. vt diximus ſuprà. §. 1. in princip.

Limita. decimooctauò, vt non procedat in codicillis, in quibus hæc ſolennitas nulla expreſſa lege deſideratur, quin imò contrarium in ſimili reperitur. argumento eorum, quæ notant gloſ. & doctor. in. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtament. text. cum gloſſ. in. l. fina. §. fin. C. de codicillis.

Decimononò limita. vt nõ procedat in teſtamento habente clauſulam codicillarem, argumento, & ratione eadem. Quæ nota, quia non inuenio ab vllo collecta.

Poſtremò limita. vt non procedat in teſtamento, quod facerent milites per gentes ad bellum per modum pacti reciproci, de quo per. l. licet. C. de pact. Nam in omnibus his caſibus intelligo teſtament. eſſe informe, rude, iners, innominatum, nullius formæ, nulliq́ue legi ſubiectum, neque ſolennium quicquam deſiderari præter legitimam volũtatis probationem, qualis eſſe intelligitur, quæ regulariter deſideratur in actibus inter viuos, vt nouè, & vtiliter diſſeruimus ſuprà. §. vndecimo. ad fin. vbi docemur, vt his caſibus illa legis forma impunè poſſit prætermitti, quaſi licèt regulariter pro forma ſit teſtamenti ne per notas in 8
ſolitas ſcribatur, tamen illa teſtamenta ab omni forma exempta ſint, quaſi his caſibus mentaliter lex vltrà proceſſerit diſpenſando. argumento eorum quæ diximus ſuprà. §. 14. num. 95. cum ſequent. Nam in omni diſpoſitione prætermiſsio formę legalis non nocet, quãdo poſt prę ceptũ prohibitiuum ipſa lex vltrà proceſ ſit in toto vel in parte diſpenſando, vt ibi docemur.

7 Vnde ſimiliter dicendum eſt, q̃ & in
Declara. l. 68. in qua- terminis. l. 68. en el quaderno de alcaualas. valeret cõtractus aduerſus formam illius legis factus. Quia licèt ibi lex fuerit in ſui principio prohibitiua, tamen poſtea vltrà proceſsit, declarando, vt diuiſio, de qua ibi, fieri poſſet per ipſummet locatorem infra triduum, & ipſo ceſſante, fieri poſſet per iudices illius loci, ipſo contractu ſtante, firmoq́ue manente, vt ex mente & ſententia illius legis eſſe videtur: quòd ſi ea diuiſio neq; per ipſummet locatorem, neque per iudicem illius loci facta fuerit, tũc magis dubium, ſed adhuc puto valere contractum, quia tranſgreſſoribus pœna nullitatis impoſita non fuit, ſed lex vltrà proceſsit, aliud remedium adhibendo. *terno alcaual. & an cius tranſgreſsio uitiet.*

Sed cùm lex illa diſpoſitiua videatur ligare in foro animæ. capit. ſecundo. de maior. & obedien. an tranſgreſſor illius legis peccaſſe videatur? Quod negem, niſi damnum principi illatum ſit, de cuius vtilitate agebatur, & ad cuius vtilitatem lex illa facta fuit. argumento. l. cùm pater. §. dulciſsimis. de legatis ſecundo. l. adigere. §. quanuis. ff. de iure patronat. quo caſu ſi damnum dolo illatum eſſet, peccaret, & præterea ad reſtitutionem teneretur. Quòd ſi culpa tantùm damnum datum eſſet, tunc licèt ad reſtitutionem teneretur, non tamen peccaret, vt alibi diſſeruimus, & rurſus in. §. decimo. ad fin.

Infertur neceſſaria declaratio ad legem, ſeu conditionem vigeſimatertiã. en el quaderno de la prorogacion del encabeçamiento general. dum diſponit, vt adminiſtratores earum gabellarum (quas alcaualas vocant) gabellarum mẽbrum nullum deſinant locare ſub hac pœna, vt ipſimet adminiſtratores tantam ſummam præſtent, quanta merces, aut pretium pro illa gabella ſi conduceretur, inueniri poſſet, ad arbitrium ſummorum rationalium. *Declaratio l. 23. del quaderno del encabe. ut forma legis quæ ultrà proceſsit pœnam addendo, poſsit omitti.*

Nam ſi aduerſus ea gabellarum, redituúmue regalium adminiſtratio fiat, ea ad-

ea adminiſtratio,illeq́ue contractus valere non deſinit mero iure, ita tamen, vt ipſi gabellarum adminiſtratores pœnã ab illa lege definitam ſubeant:quia cùm lex priùs præcepit,deinde actum contrà factum non anullat,ſed pœnam tantùm tranſgreſſoribus imponit, tunc contractus ille contra factus valere non deſinit ex toto aut ex parte, ſed pœna tantùm exigenda eſt,vt iam diſſeruimus.

Intell.titul. ff.quæ in teſtamẽto delentur.§.ex eo.Inſt. quibus mod.teſta. infir. l. militis.§.ueteranus. ff. de milit.teſtament.

Deinde &.17.requiritur,quòd tale teſtament. non fuerit cancellatum per teſtatorem.argument.l.1. &.l. proximè.& per totum.ff.quæ in teſtamẽto delentur. nam per talem cancellationem teſtamẽ. corrumpitur, & infirmatur,ſecundùm omnes.Qua in re duo mirabilia annotato.Primum, quòd voluntas teſtantis vtcunq; expreſſa non ſufficit vt teſtamen. ritè factum infirmetur, niſi aliud poſtea fiat teſtament.§.ex eo. Inſtitu. quib.mo. teſtament.infir.l.militis codicillis.§.veteranus.ff.de milit.teſtamen.& vtrobique communiter per doct. & tamen ſufficit cancellatio, licèt per eam tacita tantùm voluntas colligatur,atqui conſtat fortiorem eſſe ſolere voluntatem expreſſam, quàm ſit tacita. l. cùm ex filio. §. pr.ff.de vulg.Nullus vnquam congruum reſpõſum dedit, licèt omnes vbiq; admirentur.Nos ſolemus dicere,quòd ars ciuilis imitatur hac in re naturam anxiè, & veluti religioſiſsimè. argument.§. minorẽ. Inſtit.de adop.l.filio quem.l. ſi quis poſt humos. in princip. ff.de lib. & poſthu.l. adoptio.ff.de adoptio. Vnde vt ſi vas aureum, vel argenteum, vel luteũ feceris, deinde iuſſeris illud infectum fieri, non per hoc infectum fiet, niſi manus adhibeas,illudq́; fregeris.Ita quoque teſtam. quod veluti ſpecies quędam ab homine fabricata intelligitur, nuda hominis fabricantis voluntate non redditur infectum,niſi manus quoq; adhibeas,illudque cancellaueris: vt ſicut in eius formatione,voluntate, & actu corporeo opus fuit,ita quoq; in eius refectione, & reſciſione vtrunq; concurrere debeat.per rationem.l.nihil tam naturale.ff.de regul. iur.c.omnis res.de regul.iur.extrà.Sic in ſimili eſt text. expreſſus in.l.ſi acceptolatum.ff.de acceptilati.Dixi pleniùs ſuprà. §.10.& fortè infrà pleniùs attingam.Id tamen requiſitum magis ad conſeruationem,quàm ad creationem teſtamẽti pertinet,idq́; in vtroq; teſtamento,tam inſcriptis,quàm nuncupatiuo.

9 Deinde &.18.requiritur, quòd tabellio,qui conficit teſtamentum, fuerit rogatus:nam ſi rogatus non fuerit,tunc teſtamentum vitiatur, non ſecùs, quàm ſi teſtes rogati non fuiſſent. Iſta eſt vera & communis opin.vt reſoluit Alexan.cõſ. 153.Videtur prima conſideratione.col.2. per tex.in authen.de tabel.§. nos autem. & ibi notatur.notant gloſ.& docto.in.c. cùm.p.tabellio.de fide inſtrumen.

Tabellio debet rogari in teſtamento,cum cõmuni.

10 Et communis opin.eſt,quòd tabellio non præſumitur rogatus, niſi probetur, vel niſi ipſe tabellio in ipſomet inſtrumẽto atteſtetur ſe rogatum fuiſſe,ſecũdùm Innocent.& alios in capi.1. de fide inſtrument.Speculator,& Ioan.Andr.in titul. de inſtrument.editione.§. breuiter.Bart. & alij in.l.ſciendum.ff. de verb. obligat. Et hanc dicit communem opinionem Alexand.conſi.153.Videtur prima conſiderationе.libr.2.num.9. Alexan.in dict. l.ſciendum.num.42. & ibi Imol.Angel. in.l.quæcunq;.§.fi.ff.de publiciana.& in dict.l.ſciendum.Idem Angel.conſi.206. Reperitur quędam imbreuiatura.Anto. & Abb.in capit.1.de fide inſtrum. Bal.in l.1.de fide inſtrument.& iure haſtę fiſcalis.Quod intellige ſecundùm diſtinctionem Bart.in dict.l. ſciendum. num.11.& limita ſecundùm eum, vt non procedat, quãdo notarius dixit ſe publicaſſe inſtrumentum, nam tunc ſatis præſumitur rogatus.

Tabellionõ præſumitur rogatus, niſi probetur, uel ipſe hoc teſtetur, cũ communi.

Limita.vt non procedat in codicillis, in quibus nõ reperitur expreſſum,quòd tabel

tabellio debeat eſſe rogatus, quinimò contrarium reperitur expreſſum in ſimili.vt in.l.fin.§.fin. C. de codicillis.vbi teſtes in codicillis nó oportet eſſe rogatos. Nec dubium eſt, quin valeat argumentum de rogitu teſtium, ad rogitum tabellionis.vt per Alexand.in conſi.ſuprà allegato.Idem eadem ratione in teſtamẽto, quod habet clauſulam codicillarem

Stat ergo tabellionem conficientem teſtament.oportere fuiſſe rogatum,non ſecùs,quàm ipſi teſtes.

Quod.1.limita. vt non procedat, quã do conſuetudo cum hac ſolennitate diſpenſaret,vt docuimus in ſimili ſuprà.

Secundò limita. quando lex generalis hanc ſolennitatem abrogaret,vt in ſimili diximus ſuprà.

Tertiò limita. quando princeps cum hac ſolennitate diſpenſaret, vt diximus in ſimili ſuprà.

Quartò limita. vt nó procedat, etiam ſi hominum copia eſſet, teſtium tamen penuria adeſſet, quo caſu hanc ſolennitatem prætermitti poſſe puto,non ſecùs quàm reliquæ ſolennitates, vt diximus ſuprà in ſimili.

Quintò limita. vt non procedat in teſtamẽto facto in carcere tyranni,in quo hanc ſimiliter ſolennitatem prætermitti poſſe puto,non ſecùs, quàm reliquæ ſolennitates,vt in ſimili diximus ſuprà.

Sextò limita.vt non procedat, vbi eſſet hominum penuria,quo caſu hanc ſolennitatem prætermitti poſſe exiſtimo, non ſecùs,quàm reliquæ ſolennitates,vt in ſimili docuimus ſuprà.

Septimò limita.vt non procedat in teſtamento facto tempore belli, in quo eadem ratione hanc ſolennitatem relaxari poſſe puto,non ſecùs, quàm reliquæ ſolennitates.argumento eorum,quæ in ſimili diximus ſuprà.

Octauò limita.vt non procedat in teſtamento facto tempore peſtis, in quo hanc ſolennitatem prætermitti poſſe puto,nó ſecùs, quàm reliquæ ſolennitates, vt in ſimili probauimus ſuprà.

Nonò limita. vt nó procedat in teſtamẽto facto coram presbytero parochiali.argumento text. in ſimili ſecundùm vnum intellectum nouiſsimorum. cap. cùm eſſes. de teſtament.

Decimò limita. vt non procedat in teſtamento peregrini, in quo iuris ciuilis ſolẽnitates remittuntur, nó ſecùs,quàm in teſtamento militis. vt diximus ſuprà in ſimili.& traditur per Lupũ in.l.3.Tauri.colum.fina. & dicemus infrà.quod & iure regio procedit.Sicq; intelligo,&amplio.l.2.titulo de los teſtament.libr.5.ordinament.dixi ſuprà.

Vndecimò limita.vt non procedat in teſtamento facto ad pias cauſas.argum. capit.relatum.& cap.cùm eſſes.de teſtamen. & in ſimili diximus ſuprà, & infrà dicemus.

Duodecimò limita. vt non procedat in teſtamento facto à patre inter liberos. argumento.l.fin.C.fam.herciſ.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C. de teſtam. & diximus in ſimili ſuprà. facit.l.7.titul. primo. partit.6.

Decimotertiò limita. vt nó procedat in teſtamento militis, in quo hæc ſolennitas videtur remiſſa, non ſecùs, quàm reliquæ ſolennitates. argumento.§. planè.Inſtitut.de teſtament.milit.l.milites. l.ſicut certi.l. ſi cùm vel in vtero.C. eod. titul.l.1.l.diuus.& per totum.ff. eod.titulo.& in ſimili diximus ſuprà. facit.l.4.titulo.1. part.6.

Decimoquartò limita.vt non procedat in teſtamento facto apud acta iudicis.argumento eorum,quæ in ſimili docebamur ſuprà.

Decimoquintò eadem ratione limita.vt non procedat in teſtamento facto ab eo,qui habet merum imperium in loco,vbi teſtabatur.argumen.eorum,quę diximus ſuprà.

Decimoſextò limita.vt non procedat

in

in teſtamẽto facto ab ipſomet principe. argumen.dict.l.omnium.& eorum,quę diximus ſuprà. facit.l.5. titul.1.part.6.

Decimoſeptimò limita. vt non procedat in teſtamento facto coram principe. argument.l.omnium.C.de teſtamen. Facit.l.5.titul.1. part.6. quæ per hoc ampliatur, vt in eius terminis rogitus teſtium non ſit neceſſarius, nec tabellionis. Idq; requiſitum peculiare eſt in teſtamento in ſcriptis,nõ ſic in nuncupatiuo,in quo cùm ſcriptura nulla requiratur.§. fin.Inſtitut.de teſtamen.l.hac conſultiſsi.§.per nũcupationem.C.eod.ſi ſcriptura tabellionis minus ritè interfuerit, non nocet. in princip.cum ibi nota.per gl.& omnes C.de rei vxoriæ actione. Faciũt dicta per me in.§.9.num.11.&.§.11. num.25.

11 *L.5. titu.1. part.6. ampliat.*

Decimooctauò limita. vt non procedat in teſtamento facto inter milites per gentes ad bellum per pactum reciprocũ interueniente tabellione,nam tunc licèt is tabellio rogatus nõ eſſet, non ideo minus illud pactum, vel teſtament. valeret. Et ita intelligo,& amplio.l.licet.C.de pactis.In reliquis autem caſibus regularibus licèt.l.ſimpliciter iuſſerit tabellionẽ rogari oportere,ſicq; diſpoſitiuè,nõ etiã prohibitiuè, aut anullatiuè proceſſerit, magis eſt, vt formam præciſam induxerit,quã impunè prætermittere nulli hominum fas erit, vt reſoluimus ſuprà.§.4. num.17.

12 *Declaratio ad.l. 57. in quaterno al caual. quæ diſpoſitiuè tantùm loquitur, & tñ formam inducit.*

Vnde infertur declaratio ad.l.57.en el quaderno de las alcaualas. vbi potentes prohibentur reditus regales conducere. Idemq; in officialibus. Et licèt lex illa diſpoſitiuè tantùm loqui videatur,attamẽ non dubitarim,quin conductio ab ipſis facta nullius momenti foret,nec valeret vnquàm,nõ magis,quàm ſi lex illa prohibitiuè loqueretur. Et in hoc ſignanda eſt lex illa, quòd prædicti officiales, & potentes,neque poſſunt conducere, neque conductorum fideiuſſores exiſtere. ergo contrà factum nullius momenti erit, vt infrà num.16.& num.17. Vnde ſimiliter in terminis. l. 58. en el quaderno de alcaualas. vbi Iudæi, & Saraceni prohibentur reditus regales ſub moderamine quodam cõducere, licèt lex illa vltrà non proceſſerit, actum contrà factum a nullando,tamen actus cõtrà factus nullus erit ipſo iure, non ſecùs, quàm ſi lex vltrà procederet anullando.

13 *Iudæi,& Saraceni,impij,& perfidi præſumuntur,quibus minimè committenda eccleſiæ, aut reipublicæ gubernatio.*

Et lex illa eo præſertim nomine memorabilis eſt, quòd Iudæos, & Saracenos,perfidos,iniuſtos,tyrannosque fore præſumit,præſertim erga ruſticanã ſimplicitatem, & erga Chriſtianos,non ſic erga Iudæos,aut Saracenos. Vnde pijſsimos principes noſtros cautos eſſe decet, ne regimen, aut reipublicæ,aut eccleſiæ committant talibus perſonis.

14 *Declaratio l.41.in quaterno alcaual.ut licèt diſpoſitiuè loquatur in ducat formam.*

Illud autem dubium eſt, cùm reditus regales.20. die mẽſis Septembris cuiuſq; anni debeant exponi licitationi, & infra dies.40.locari,anſi ſummi rationales Cęſaris, ad quorũ curam hæc res pertinet, id prætermiſerint,& locationẽ fecerint a lio tempore, valeat contractus, an verò nullius momẽti ſit,quaſi ex defectu mãdati.argument.l. diligenter.ff. mandati. §.item is qui exequitur. Inſtit. de mand. vt ſic ille contractus aduerſus eam legis formam factus nullius momenti foret, ſaltem in pręiudicium principis,qui hac demum lege mãdatum dediſſe videtur. Et magis eſt, vt cõtractus valere non deſinat mero iure in pręiudicium ipſorum rationalium,ex regula, quæ habet,poſſe nos res etiam alienas vendere, & locare. l.rem alienam.ff. de contrahen.emptio. cum ibi notatis.cęterùm princeps talem contractum præter eius mandatum celebratum poterit ratum habere,vel non habere,pręſertim ſecũdùm nos,qui tuemur non referre,vtrùm lex prohibitiuè, an verò diſpoſitiuè tantùm loquatur,nã vtroq; caſu inducit formam præciſam, pariſq; poteſtatis.l.autem.41. in quaterno alcaual.diſpoſitiuè tantùm loquitur,

quæ

quæ ita intelligenda eſt. De quo pleniùs in ſimili ſuprà.§.4. num.16. & nu.17.nec diſpẽſandi facultas rationalibus data intelligitur, vt diſſerimus ſuprà.§. 6. nu. 4.

Confirmãtur iſthæc.Nã licèt teſtator alienationẽ diſpoſitiuè tãtũ prohibuerit cũ cauſæ expreſsióe,neq; adiecerit clauſulam anullatiuam, adhuc tamen nõ valeret alienatio contra id præceptũ teſtatoris diſpoſitiuũ.vt tradũt Bart.& nouiſ. per text.ibi in.l. filiusfam.§.diui.ff.de legatis primo.Bar.& omnes in.l.ſi ita quis §.ea lege.per text.ibi.ff.de verb.obli.tex. vbi omnes in.l.2.C.ꝑ emptore.facit tex. in.l.Titio centũ.in pr.ff. de cõdi.& dem.

15 *Maioratus non admittit compromiſſum cũ cõmuni.Idẽ in tranſact. cum cõmuni.*

Quinimò nõ ſolùm tale præceptum diſpoſitiuũ,quo teſtator iuſsit rem in familia ſeruari,impedit alienationem certam,& indubitatã,ſed etiã impedit occaſionem alienandi.Nam ſi lis fuerit ſuper re illa, quæ ſeruari iuſſa eſt, non poterit compromitti, non quidem quòd compromittere ſit alienare,ſed quòd alienandi occaſio eſſe poteſt.vt plenè per Iaſo.in l.fin.num.119. C. de iure emphyte. Abb. Imol. & alij in capitu. cum tempore.per text.ibi verſi.cùm & ſi ſpõte. de arbitris. plenè per Tiraq. de iure marit. gl. 5. nu. 202.Deci.conſil.44. idem in conſil.475. colum.final.idem Deci.conſil.39.nume. 4.Capitius deciſione. 93.nu.tertio.Matthæ.Afflict.libr.3.conſtit.Neapo.rubr.5. nu.52.Ripa lib.2.reſponſorum.de reſcriptis.capit.7.n.12.Soci.iuni. cõſil.77.n.77. libr.primo.Marcus Blan.de compromiſſis.quæſt.4.n.28.Nam & ſimiliter hac de re tranſactio fieri nõ poſſet. vt plenè per Iaſ.in dict.l.fin.num.122.q.10. Tiraquel. vbi ſuprà.glo.5.nu.205.q.20. Abb.& alij per tex.ibi in.c.contingit.de trãſact.Pau. in.l.cùm ij.§.tranſactiones. n.4.ff.de trãſacti.Tiraq. de retractu ligna.§.1. gloſ.14. num.60.tranſactio enim & compromiſſum aſsimilantur.vt per Lanfrancũ de arbi.par.3.n.3.Tiraq.& Iaſ. vbi ſuprà.Cacia lupus de trãſact.q.7.n.5.Bart.in.l.prætor. ff.de tuto.curat.dat.Alexan.conſ.22.nu. 3.libro.1.Alciat.in.l.cùm te.num.4.C.de tranſact.Alexand. conſi.119. libr.2.nu.3. Bald.in.l.de re.ff.de tranſact.lect.1.

16 *Maioratus poſſeſſorcũ condẽnatur præiudi. ſit ſequentibus cum cõmuni cõtra alteram communem.*

Quinimò res illa,quæ per teſtatorem iuſſa eſt ſeruari in familia,licèt diſpoſitiuè tantùm, non ſolùm alienari non poteſt voluntariè, vel exponi periculo & occaſioni alienandi, vt diximus,ſed etiã alienari per ſententiam iudicis non poſſe videtur,licèt talis alienatio nõ voluntaria,ſed neceſſaria dicatur.l. inter ſtipulantem.§.primo.ff. de verborum obligatio.l.peto.§. prædium.ff.de leg. ſecundo. Nam alienare vetitus, actiones exercere non poteſt.l.ait prætor.ff.de iure delibe. Vnde ſi eas contra diſpoſitionem illius legis exercuerit, & condemnatus fuerit, talis ſententia ſibi ſoli, nõ etiam ſequentibus,qui ad rem illam poſt eum inuitati fuerunt,nocere debet: ſicque poſſeſſori maioratus litiganti, & victo, talis ſententia nocebit,ſequentibus autem minimè. per dict.l. ait prætor. Ita in ſpecie tenet & dicit cõmunem ſententiam Deci. conſi.445.num.29.Socin.iuni. qui eandem dicit communem ſentẽtiam conſi. 181.num.93.libr.2. Aimon.conſi.90. nu. 1.idem conſi.197.nu.7. Cagnolus in.l.res iudi.num.5.ff.de re iudi. Tiraquel.de iure marit.glo.5. num.207.Aluaro.Iſernia Matthæ.Afflict.in capit.1.§. ſi vaſallus.ſi de feudo contentio ſit inter dominum & agnatum. Bald. & Præpoſitus ibid.Felin.in cap.fin. nu.5. de maioritate & obedien. Zaſi. de feudi alienat. nu.21. Curti. de feud.par.7.q.11.n.29.Capitius deciſione.20.num.23.qua de re per Abba.in capit.edoceri.num.6.colũ.3. de reſcriptis. Imol.in dict.l.ait prætor.columna.2.per Felin.in dict.capit.edoceri.num.2.

Contrariam partem, vt ſententia lata contra poſſeſſorem maioratus noceat ſequentibus etiam non citatis, tenent plerique ſcribentium. vt per Tiraquell. de primogeni.quæſt.35.nu.17. Albe.in.l.pe.

col.4.C.de donat.inter virum.Oldrald. conſ.94.num.19.Iacobi.de feudis.nu.33. Boëri.deciſi.255.col.pe. Anto.Gomez in l.40.Tauri.num.73.Roderi.Xuarez alle ga.27.poſt principi. ſentit Bar.in.l.in dié col.1.vbi Paul. colũ.1.ff. de aqua pluuia. Deci.in.l.pactum dota.num.17.C.de col lat.per Bart.in dict.§. diui.q. pe.& rurſus in quæſtione.1. vbi Iaſo.nume.47.lect.1. & rurſus lect.2. nume.91.vbi Ripa num. 60.& Loazes nu. 126.& Crotus.n.38.qui omnes hãc dicunt cõmunem ſententiã. Feli.in.c.quanuis.col.fi. de re iudi.Alex. conſi.123.nu.3.lib.1.Iaſ.in.l.decem.nu.38. cum ſequent.ff. de verbo.obligati.idem in.l.ex contractu.per text.ibi.ff. de re iudi.Roderic. Xuarez in.l.poſt rem iudic. fol.124.colũ.2.quod & nominatim probat dict.l.ex contractu.& vſibus forenſi bus receptiſsimum eſt. probatur etiam in.l.1.ff.de fundo dotali.l.3.§.hæ enim.& §.item quæri.ff.de rebus eorum.Ad dict. l.ait prætor. reſponde, ꝙ procedit in eo, quem incertum erat, an dominus futurus eſſet: nos autem loquimur in poſſeſſore maioratus, quem cõſtat dominum eſſe.vt reſoluit Pinellus de bo. mater.l.1. par.2.nu.4.de quo alibi pleniùs per nos.

17 *Teſtament. in ſcriptis iure regio deſiderat tabellionem, non iure cõmuni. Fallit in.18. caſibus.*

Deinde &.19. requiritur ſecundùm quoſdam, quòd teſtamento in ſcriptis interueniat tabellio, verùm magis eſſe videtur, vt de iure cõmuni interuentus tabellionis non ſit neceſſarius. Ita videtur reſoluere Corne.conſi.226. Licèt in hac. n.2.lib.3. & probatur in.§. ſed cũ paula tim. Inſt. de teſtam. & in. l. hac conſultiſsima.C. eodem titul.vbi inter reliqua teſtamentorũ requiſita nõ adijcitur tabellionis interuẽtus, verũ ꝺ iure regio tabellionis interuẽtus neceſſarius eſt, vt in l.3.in legib⁹ Tauri.Quinimò tabellionis interuentum de iure regio noſtro teſtamentum deſiderat,& non ſolùm ſubſcriptionem,tabellionis, ſed etiam ſignaculum ipſius.vt in dict.l. tertia.Et etiam de iure communi in omnibus inſtrumentis publicis deſideratur ſignaculũ ipſius tabellionis,aliàs nõn faciunt fidem.

18 *Tabellionis in teſtamento & reliquis diſpoſit. an ſignum requiratur*

Iſta eſt vera & communis opi. quam tenent Corn.conſil.226.Licèt.nu.3.lib.3. Speculator in titul.de inſtru. editione.§. breuiter. Cinus in.l. cõtractus.ad finem. C. de fide inſtr. Iacobus de Arena in.l.ad teſtium.§.ſi quis.ff.de teſtament.per tex. in authent. de inſtrum. cautela & fide.§. ſed & ſi inſtrumenta.&ibi glo.in verbo, adijciatur.& in verb. oportet.& tex.iuncta gl.in verbo, ſignũ. Inſtit. de publicis iudicijs.§.item lex Cornelia.ad idem.l.fi. C. de aſſeſ.&.l.ſecunda.C.de conuc.fiſci debi.lib.10. & idẽ voluit Bal. in.l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium tabularum.ff. de eden.idem Bald.in.l.Lucius.ff.de milit.teſtamento. Petrus de Anchara.conſil.432. incipiente. Præmiſſa. in princip. & Angel.in authent.de tabellio. ad finẽ. idem Bald.in prima conſtituti.C. quod & voluit Panor.in cap.1.de fide inſtrum. Quæ opin.procedit, quando eſt de conſuetudine, ꝙ ſignum notarij apponatur in inſtrumentis, nam tũc debet apponi, aliàs non valet.prout voluit Bar. in dict. l.ad teſtium.§. ſi quis.& in prima conſtitutione digeſtorum.& idem voluit Imola in dict.capitul.primo. extra.de fide inſtrument.ad hoc notata. per gloſſ.in authentic. vt prꝙponatur nomen Imperatoris in princip. Et propterea dicit Bald. in cap.ſignificauit.de appell. ꝙ ſi inſtrumentum nõ habet ſignum conſuetum, non facit fidem.argument.illius text.Et hoc,quòd ſtandum ſit conſuetudini,voluit tãdem Specul.in dict.§.breuiter.præallegato.in fin.verſi. Vbi autem ceſſaret cõſuetudo,nõ vitiaretur inſtrumentũ,ſi ſignũ nõ apponatur,prout apertè voluit Bar.in.d.1.cõſtitutione.ffff.& Imol.in.d. c.1.ita ꝓcedat opi.Io. An. in.d.verſi.in fi. quẽ ſeqꝰtur Anto.de But.in.d.c.1. Tabellio autẽ an cõputetur in numero teſtiũ, tradit Bar.in.l.Domiti⁹. ff. de teſta. Et an monachus poſsit eſſe tabellio in teſtam.

tradit idem Bar.in.l. ſeruus.ff.de teſtam. Stat ergo,q̃ iure regio in teſtamẽt.in ſcriptis deſideratur interuentus tabellionis, & eius ſignaculum.

L.fi.tit.12. part.6. ampliat.

Limita primò, vt non procedat in codicillis, in quibus ius cõmune hac in re non reperitur immutatũ. ergo.&c. vt.l. ſancimus.C.de teſtamẽ.Qua ratione idẽ dicendũ etiam de iure regio in teſtamento habẽte clauſulam codicillarem. Et ſic ampliatur.l.fin.titul.12.part.6.

19 Secũdò limita.vt nõ procedat in teſtamento facto corã principe.arg.l.omniũ. C.de teſtam.Et ſic ampliat.l.5.tit.1.par.6.

L.5.titul.1. part.6. ampliat.

Tertiò eadẽ ratione limita. vt nõ procedat in teſtam. facto ab eo,q̃ habet merũ imperiũ in loco,vbi teſtabatur.arg.eorũ,quæ diximus.s̃.Sicq̃; etiã ampl.dict.l. 5.quæ adhoc facit.

Quartò limit.vt nõ procedat in teſtaméto facto ab ipſomet principe. arg.d.l. omnium.& eorũ,quæ diximus.§. 26.nu. 1.Facit dict.l.5.titul.1. part.6.

20 Quintò limit.vt nõ procedat in teſtaméto facto apud acta iudicis.argu.eorũ, quę in ſimili docebamur.s̃.p.d.l.omniũ.

Limita.5.

21 Sextò limita. vt nõ ꝓcedat in teſtamẽto facto à patre inter liberos. argu.l.fi.C. fam.her.l.hac cõſultiſsima.§. ex imperfecto.C.de teſt. & diximus in ſimili ſuprà. Sicq̃; ampliatur.l.7. titul.1.part.6.

L.7.titu.1. part.6. ampliat.

22 Septimò limit.vt nõ procedat in teſtaméto militis,in quo hæc ſolennitas videtur remiſſa,nõ ſecùs,q̃ reliquæ ſolẽnitates.arg.§.planè.Inſt.de teſt.mil.l.militis.

Limita. 7.

23 l.ſicut certi.l.ſi cũ vel in vtero.C.eod.tit. l.1.l.diuus.& per totum.ff.eod.tit.& in ſimili diximus.s̃.Et ſic ampl.l.4.tit.1.par.6

L.4.titu.1. part. 6.ampliat.

24 Octauò limi.vt nõ ꝓcedat in teſtamẽto facto ad pias cauſas. arg.c.relatũ.&.c. cũ eſſes.de teſtam.&in ſimili diximus ſuprà.& infrà dicemus.

Limita. 8.

25 Nonò limita. vt nõ procedat in teſtamento facto corã presbytero parochiali.arg.tex.in ſimili ſecũdùm vnũ intellectum nouiſsimorũ in.c. cũ eſſes.de teſta.

Limit. 9.

26 Decimò limita. vt nõ procedat in teſtaméto peregrini, in quo iuris ciuilis ſolennitates remittuntur,nõ ſecùs,q̃ in teſtamento militis. vt diximus ſuprà in ſimili.& traditur ꝑ Micha. Cif.in.l.3. Tauri.col.fi.& dicemus.j.qđ & iure regio ꝓcedit.Et ita limit.credo.l.2. ti.2.lib.5.ord.

Limita.10.

27 Vndecimò limita. vt nõ procedat in teſtaméto facto tẽpore peſtis,in quo hãc ſolẽnitatẽ prætermitti poſſe puto, nõ ſecùs,q̃ reliquę ſolẽnitates.vt in ſimili probauim⁹ ſuprà. Nam etiã iure regio tabellio hoc caſu non oportet q̃ interueniat.

Declaratio l.2.ti.2.lib. 5.ordinam.

Limita. 11.

28 Duodecimò limita. vt nõ procedat, vbi eſſet hominũ penuria,quo caſu hãc ſolennitatem prætermitti poſſe exiſtimo, non ſecùs,q̃ reliquæ ſolennitates.vt in ſimili docuimus ſuprà. Nam tabellionis interuentus hoc caſu nõ eſt neceſſarius.

29 Decimotertiò limita. vt nõ procedat in teſtaméto facto tẽpore belli,in quo ea dẽ ratione hãc ſolennitatẽ relaxari poſſe puto,non ſecùs,q̃ reliquæ ſolẽnitates.argumen.eorum,quæ in ſimili diximus.s̃.

Limita. 13.

30 Decimoquartò limit.vt nõ procedat, etiã ſi hominum copia eſſet, teſtium tamen penuria adeſſet, quo caſu hanc ſolẽnitatẽ prętermitti poſſe puto,nõ ſecùs, quàm reliquæ ſolẽnitates. vt diximus.s̃.

Limit. 14.

Limita. 15.

31 Decimoquintò limita. vt nõ ꝓcedat in teſtaméto facto in carcere tyranni, in quo hãc ſimiliter ſolẽnitatẽ prætermitti poſſe puto,non ſecùs,quàm reliquę ſolẽnitates.vt in ſimili diximus ſuprà.

32 Decimoſextò limita. quando lex generalis hanc ſolennitatem abrogaret. vt in ſimili diximus ſuprà.

Limita.16.

33 Decimoſeptimò limit. vt nõ ꝓcedat, qñ conſuetudo cũ hac ſolennitate diſpẽſaret.vt docuimus in ſimili ſuprà.

Limita.17.

34 Decimooctauò limita. quando princeps cum hac ſolennitate diſpenſaret.vt diximus in ſimili ſuprà.

Limita.18.

Poſtremò limita.vt nõ procedat in teſtam.ſeu pacto reciproco, quod fit à cõmilitonibus ad bellũ pergentibus,quod habe-

habetur loco teſtaméti, nec in eo etiã iure tabellionis interuentus deſideratur, non magis, q̃ de iure communi. Ita intelligo. l. licet. C. d̃ pact. Nã licèt per Tauri l. 3. de forma teſtaméti in ſcriptis ſit tabellionis interuẽtus, tamen ea forma ceſſat in hoc teſtaméto, quod nouè, & vtiliter informe eſſe ꝓbauimus ſuprà. §. 11. ad fi. Idéq; in reliquis teſtamentis, de quibus mentionẽ habuimus, quæ informia eſſe ibid. oſtendimus.

35 *Teſtament. uitiatur, ſi tabellio fuerit compulſus.*

Deinde etiã requiritur tabellionẽ nõ fuiſſe coactũ ad teſtam. cõſcribendũ, nõ magis, q̃ ipſe teſtator ad teſtãdũ, quod cõ ꝓbatur, imò etiã neceſſariò ſequitur ex prædictis. Nã ſi oportet fuiſſe rogatum, ergo nõ oportet fuiſſe cõpulſum. Facit, quia ſimiliter idẽ eſt in teſte, cuius rogit⁹ cùm in teſtamẽtis deſideretur, eius compulſio vitiaret teſtam. vt ex vera & communi opin. diſſeruimus in. §. 17. n. 5. Nec dubiũ eſt, quin tabellio teſti etiã aſsimiletur hac in re. argu. l. Domitius Labeo. ff. de teſtamen. facit. l. non putauit. §. ſi quis ſua manu. ff. de contra tabul.

Id quod nouè, & vtiliter limita, niſi fortè plures tabelliones interfuiſſent, quorum vnum rogatum fuiſſe ſat eſſet, licèt alij probarentur compulſi. idemq; in teſtibus ſupernumerarijs. argumento. l. hæredes palàm. in princip. ff. de teſtam. Et quia ſecundùm veras & communes opin. de quibus ſuprà. §. 11. nu. 25. ſolennitati teſtamentorũ addi nihil poteſt non magis quàm detrahi, ergo ſi qd̃ ſuperadditum eſt, vitioſum ſit, non nocebit, quãdo omnimodus eius defectus non noceret. l. vni. in princip. cum ibi traditis. C. de rei vxor. actione.

36 *Tabellio gratis pauperum conficit inſtrumenta.*

Teſtam. tamẽ in ſcriptis hominis pauperis is tabellio (cuius interuẽtus iure tãtùm regio non cõi neceſſarius eſt ſcd̃m nos) gratis facere tenetur. vt per Ripã in l. ſi conſtante. num. 25. ff. ſol. matrimon. Quod in omnibus inſtrumentis generaliter ꝓcedit, & ita obſeruat cõſuetudo, tã in iudicialib⁹, quàm in extraiudcialib⁹.

37 *Aduocatus pauperibus gratis patrocinatur.*

Quod & in aduocatis receptũ eſt, vt pauperibus gratis teneãtur patrocinari. Albe. in. l. vn. de ſuffragio. C. Tiraq. de nobilitate. c. 29. nu. 37. Albe. in. l. neq; quicq̃. §. fi. de of. procó. Ripa vbi. s̃. n. 35. Iaſ. n. 54. in. §. triplici. Inſt. de act. Bal. in. l. ſi furioſi. per tex. ibi in verb. gratis. C. d̃ nup. Abb. in. c. 1. de offi. iudi. Grego. Lup. in. l. 19. tit. 9. par. 2. in gl. fi. Dñicus d̃ Soto de iuſt. & iure. lib. 5. q. 8. art. 1. S. Tho. 2. 2. q. 7. arti. 1. l. 20. ſtili. facit. l. 6. tit. 5. par. 3. ibi, deuele mãdar el Iuez q̃lo faga por amor de Dios. E el abogado es tenudo de lo fazer. Lupus in. l. 14. tit. 6. par. 3. Quę communis opin. vſibus receptiſsima eſt.

38 *Aduocatus cõpellitur patrocinari.*

Quinimò etiã ꝓ diuite pót cõpelli ad uocatus patrocinari, tunc tñ non gratis, ſed ęqua mercede. Fel. in. c. ſi ꝓ debilitate. nu. 9. de of. deleg. Ange. p tex. ibi in. l. 1. §. ait prętor. ff. de poſtul. l. 6. tit. 5. par. 3. l. 1. tit. 9. lib. 1. fori. l. 4. tit. 19. lib. 2. ord. Quo vſibus forẽſib⁹ vſitatius nihil, prętertim cùm lis eſt cũ aliquo ex auditorib⁹, quo caſu aduocatorũ nullus inueniri ſolet, q̃ velit aduerſam partẽ patrocinio d̃fẽdere.

39 *Tabellio nil extrahit de protocolo ſine mandato iudicis, cum cõmuni.*

Deniq; cũ in ſcriptis à tabellione ſecũdùm iura regni huius. vt in. l. 3. Tauri inſtrumentũ cõfectũ eſt teſtamenti, & originale (quod vocãt) ſemel traditũ parti, aut teſtatori, cuius matrix, aut imago in ſuo protocolo à tabellione cuſtoditur, poſteà non tenetur, nec etiã debet aliud originale tradere, niſi mandato iudicis, quod nõ minus, ſed magis neceſſarium eſt in ſucceſſore ipſiuſmet tabellionis, quæ communiter recepta ſunt. vt reſoluunt Bald. in authent. ſi quis in aliquo documento. num. quarto. cum ſequent. C. de fide inſtrumen. Bar. in. l. in diem. in princip. ff. de aqua plu. ar. Alexand. in. l. prætor. §. cogentur. num. quinto. ff. de edendo. Imola & Felinus circa prin. in capit. cùm. p. tabellio. de fide inſtrumen. Felinus in capit. fin. num. 4. de maior. & obedient. Iaſo. in. l. ſi quis neque cauſam.

ff.ſi certũ petat. idem Iaſo. in.l.reſcriptũ. num. quinto. ff. de pactis. & in.l. neque quicquam.§. vbi decretum.ff. de officio procura. & leg. columna.5. eſtque recepta ſententia, vbi etiam traditur, an hoc in caſu partem, cuius intereſſe poteſt, neceſſum ſit citari. Superiùs autem vſu forenſi communiter receptum & vſitatiſsimum eſt, neque cum hac ſolennitate ipſe iudex poteſt diſpenſare, non magis, quàm partes, priuatique. Quia vt priuatorum conſenſu ſolennitas legum aliqua ex parte lædi non poteſt. l. nemo poteſt.ff.de lega. primo.l.ius publicum. ff. de pactis. l. priuatorum. C. de iuriſd. omnium iudicum.l. fin.ff. de ſuis & leg. itaquoque iudex etiam ſupremus iſthęc legum ſolennia prætermittere, aut vlla ex parte diſpenſare nõ poteſt, vt ex communi opinione reſoluimus in.§.6. num. 4.cum ſequent.

40 *Declar.l.6 en el quaderno del encabe. ut ibi formæ omiſsio nõ nitiet.*

Ex ſuperioribus etiam infertur, an ſi regij commiſſarij (quos deputados vocant) earum gabellarum cõductionem, quas populus ſuſcipere noluit, alicui tertio cõceſſerint, neque ab illo exegerint idoneos fideiuſſores de mercede pacta præſtanda, valeat talis cõtractus, an ipſo iure nullus ſit? Mouet quæſtionẽ, quòd quaſi pro forma ſancitũ eſſe videtur per l.6.en el quaderno del encabeçamiento general. quòd talis locatio fiat datis fideiuſſoribus.nam verba ita habent.que dos tales arrendadores ayan de recebir y reciban fianças, y ſeguridad.Sed præceptum legis etiam nõ prohibitiuum, ſed tantùm diſpoſitiuum, non poteſt tranſgredi citra ipſius diſpoſitionis interitũ ſecundùm noſtras opiniones ſuprà relatas.ergo.&c.vt in.§.4.num.17.cum communi contra alteram communem diſſeruimus,præſertim cùm iſtis diſpenſandi poteſtas (& hoc eſt qđ perpendimus) nulla ſit, vt modò diximus.

Quid dicendum? Et quidem contractus locationis eſt bonæ fidei, q̃ ſolo cõſenſu perficitur. vt in princip. Inſtitu. de locati.& condu.& in prin.Inſt.de oblig. quæ ex conſen. naſ.& in.l.cõſenſu. ff. de actio. & obligat. nec fideiuſsio pertinet ad creationem & perfectionem conductionis,ſed magis ad effectum, & efficaciam ipſius iam creatæ,quo magis firma & ſtabilis ſit.argum.in princ.Inſtit.de fideiuſ. & in.§.1. &.2.Ergo cùm ſtatutum nouum ſit interpretandum ſecundùm ius commune, magis eſt, vt ſenſus.d.l.6. ſit,vt ſi tales fideiuſſores acceperint dicti regij commiſſarij, & valeat contractus, & ipſis imputari nihil poſsit. Quòd ſi fideiuſſores non acceperint, tunc adhuc contractus valeat, periculum tamen ad ipſos commiſſarios pertineat. Quod nota,quia ſæpe controuerſum eſt. Sed non malè deducitur ex ſtatim dicendis,quia cùm.l. vltrà procedit diſpenſando, non videtur formam induxiſſe, ſaltem præciſam.

41 *Declara. l. 5. en el quaderno đl en cabeçamiẽ. ut facultas diſpenſandi hac in re nulla ſit.*

Illud autem non eſt prętermittendũ, quòd in conductione gabellarum (quas alcaualas vocant) pro forma datum eſt, vt ſi populorum quilibet accipere, vel acceptare locationem à principibus noſtris oblatam (quam encabeçamiẽto vocamus) noluerit, & propterea commiſſarij, & rationales regij alicui tertio eas gabellas conduxerint pro certa mercede,tunc populus ille poſteà poterit pœnitere, & pro altero tanto,ideſt,pro pari mercede præſtanda eas gabellas ſuſcipere, & reuocare, ſeu retrahere ab illo ſingulari conductore, ita tamen, vt eare-uocatio non trahatur retro, ſed vtilis ſit quo ad reſiduum duntaxat tempus conductionis. vt in.l.quinta.in quaternodel encabeçamiento general. Qua in re dubitari ſolet, an ille conductor ſingularis poſsit petere intereſſe contractus non ſeruati? Et obtentũ eſt nõ poſſe,quaſi ex ſubiecta materia, eiuſq; priuilegijs hæc res deſcendat.arg.l. ſi vno.ff.locati.l.1.C. de bo.mat.c. qui cũ alio.de reg.iur.lib.6.

Cęterùm

Cæterùm ſi tales regij cõmiſſarij, vel rationales (& hoc eſt quod perpẽdimus) velint tales gabellas locare hac lege, vt populus ille pœnitere nequeat, quaſi ſibi imputet, qui eas vltro oblatas ſuſcipere noluit, dicendum eſt fieri non poſſe: quia (vt ſæpe diximus) priuilegijs derogare non tam ordinariæ, quàm ſupremę & abſolutæ poteſtatis eſt: in generali autem conceſsione princeps nunquàm videtur dediſſe ea quæ ſunt poteſtatis abſolutæ, ſed ea tantùm, quæ ſunt poteſtatis ordinariæ.

Quòd autem princeps iudicibus quę ſunt poteſtatis tantùm ordinariæ non etiam abſolutæ dediſſe & conceſsiſſe videatur, diximus infrà. §. 6. num. 4. Fallit cauſa litium finiendarum. argumento. l. 11. titul. primo. lib. 3. ordinament. Niſi dixeris, quòd ibi ideo, quia expreſsim conceſſum eſt per illam legem, aliàs ſecùs.

42 Declaratio l. 11. titul. 1. lib. 3. ordin.

1 *Teſtamentum deſiderat hæredis inſtitutionẽ.*
2 *Teſtamentum poteſt incipere à ſubſtitutione uulgari, cum communi contra alteram communem.*
3 *Patronatus an tranſeat in filium in legitima tã tùm inſtitutũ.*
4 *Teſtament. an retro nullum uideatur agnatione filiarum præteritarum, ubi erat ſtatutum, quòd ſtantibus maſculis. &c.*
5 *Hæres anormala intelligitur mater in terminis. l. fin. C. de inſtitutio. & ſubſtit.*
6 *Hæres improprius non tenetur inuentarium facere.*
7 *Inuentarium etiam mulier facere debet, cum cõmuni.*
8 *Fœmina utitur iure communi, niſi in caſibus à iure expreſsis.*
9 *Minores, & fœminæ, & ruſtici iuuantur contra dolum præſumptum, licèt ſecùs in dolo aperto.*
10 *Inuentarium an facere teneatur, qui ex pacto ſuccedit.*
11 *Inuentarium fiſcus facere non tenetur, cum cõmuni, niſi ſit inſtitutus, cum communi.*
12 *Hæres anormalus eſt pater, qui filio, quem cõtracta fiducia emancipauit, ſucceſsit.*
13 *Monaſterium inuentarium facere non tenetur, cum communi.*
14 *Hæres anormalus an ſit inſtitutus in teſtamento minus ſolenni facto à principe, uel etiam ab alio coram principe.*
15 *Pater arrogator eſt hæres anormalus, & non tenetur ultra uires.*
16 *Hæres ſcriptus in minus ſolenni teſtamento facto ab eo, qui non recognoſcit ſuperiorem, eſt anormalus.*
17 *Miles, qui commilitonis hæreditatem pacto acquirit, non tenetur facere inuent.*
18 *Reperitur ultima uoluntas in genere.*
19 *Quid in teſtamento facto à patre inter liberos.*
20 *Hæredi in re certa à milite ſcripto, an reliquũ hæred. accreſcat.*
21 *Teſtamentum requirit hæredis inſtitutionem, amplia. 8. modis.*
22 *Primo teſtamento per errorem reuocato, inſtitutio quaſi ex poſteriore teſtamẽto, nõ quaſi ex priore ſuſtinetur.*
23 *Conditio de hæredi dando, an poſsit impleri in bon. poſſeſ.*
24 *Conditio de hæredi dando quando uerificetur in bon. poſſeſ. contra docto.*
25 *Declaratio. l. 32. del encabe. ut formæ omiſsio uitiet, licèt ibi diſpoſitiuè loquatur.*
26 *Intellect. l. 2. titu. 15. lib. 3. ordinament.*
27 *Maioratus poſſeſſor ſi uictus non appellat, uel ſententiam dicit nullam, uel deſinit probare, uel detulit iuramentum aduerſario, non præiudicat ſequentibus.*

1 DEinde &. 20. requiritur, *Teſtamentũ deſiderat hæredis inſtitutionem.* q̃ ſit in teſtamento hæredis inſtitutio. text. eſt in. l. 1. ff. de vulga. & ibi communiter doct. & in l. proximè. & ibi communiter doct. ff. de hęredibus inſtituen. & in. l. hæredes palàm. & ibi cõmuniter docto. ff. de teſtam. tradit Corn. cõſi. 219. Licèt videatur. lib. 1. num. 12. vbi ſubdit, quòd non deſinit valere teſtamentum, licèt ſimplex, rudiſq́; teſtator neſciat dicere, hæredem inſtituo, ſi tamen alijs verbis æquipollentibus hæredem fecerit. facit tex. in. l. nemo dubitat. ff. de hær. inſt. tradit Corn. cõſ. 304. Circa hãc. lib. 1. n. 5.

2 probat text. in. l. iubemus. C. de teſtamẽ. *Teſtam poteſt incipere à ſubſtit. uulga. cum cõi contra alterãcõem* idem Corne. conſil. 31. In cauſa. lib. ſecundo. num. 9. Intellige tamen, q̃ teſtamẽtũ poteſt incipere à ſubſtitutiõe vulgari, & in ea ſuſtinetur. text. eſt in. l. 3. §. fin. ff. de

lib.& poſthum. & ibi per omnes docto. text.in.l.ex facto.§.Lucius.ff. de vulgari. vbi ſimiliter per omnes doctor. tex.in.l. Gallus.in princi.ff.de lib.& poſthum.& ibi per omnes doctor.nouiſsimè Alciat. in.l.1.num.70.ff.de vulgari. poſt Bart.& omnes ibi. idq; variè intelligitur, vt per Alciatũ ibi.Decius conſ.529.num.4.inci pit.Philippꝰ. vbi enumerat plures caſus, in quibꝰ hæc regula verificatur.tradit Pa riſius conſil.73.Vt præſens. n.38.lib.3.De cius conſi.427.colum.penul.num.10.& colum.fin.Iaſ.in.l.Lucius.§.Paulus.& in l.qui habebat.ff.de vulgari.Alex. conſi. 188. numer.5. libr.2.vbi ait communem eſſe opinionem,quòd etiam à tacita ſubſtitutione poſsit incipere teſtamentum. poſt gl.in.l.lex Cornelia.in verbo,agnatorum.& ibi Bart. & docto.& gloſſ.Bar. & doctor. in.l. ſi pater captus. in verbo, ſubſtitutus.ff.ꝺ vulgari.per legẽ.ſi pater filiũ.ſecundũ intell.Iacobi de Are.Bar.& doct.eod.titul. & per.l.apud Iuli.§. idem Iulianus.vbi docto.ff.ad Trebel. gl.Bal. & doct.in.l.vnica.§.pro ſecũdo.C.de cadu.toll.gl.& doct.in.l.fi.C.de inſt.& ſub ſtitu.Corn.cõſ.199.In preſenti cõſultatio ne.n.24.lib.2.Et iſta eſt cõis opin.vt teſta mentum poſsit incipere à tacita ſubſtitutione vulgari.

Contrariam ſententiã,vt à tacita vulgari non poſsit incipere teſtamentũ, tenet,& dicit cõem Corn. in cõſ.199.n.24. lib.2.poſt Dinũ in.l.ꝙ ſi filius.ff.de vulg. Franciſcus Iaco.de Raue. Cinus,& Raine.de For.in.l.precibus.C.de impube.Io. An.in.c.ſi pater.ꝺ teſtam.in.6. Ang.in.l. ſi pater captus.Io.An.in addition.ad Speculat. in rubri. de teſta. &ſufficit,ꝙ in re certa ſit hæres inſtitutꝰ,vt valeat teſtam. l.1.§.ſi ex fundo.&.l. ſi alterius.ff.de hær. inſt.Inſtitutꝰ tamẽ in re certa dato cohęrede vniuerſali habetur loco legatarij.vt in.l.quoties.C.de hæredi. inſtituen.Vnde emphyteuſis hæreditaria non pertinet ad hæredem inſtitutum in re certa. ſecundùm Paul. ibi. & eſt communis opin.ſecundùm Didacum de Couar. libr. 2. variarum reſolutionũ. cap. 18.n.5.Bal. in.l.liberi libertæq;. num.26.C. de oper. libert.Alex. in.l. quædã.§.nihil. n.7.ff.de edendo.idem Alex.cõſi.44.n.2.lib.1.Salice.in.l.2.C.de iure emphy. Angel.& in ibi Alex.in.l.Gallus.§. etiam. colum.pe. ff.de libe.& poſthum.Lãbert. de iure patro.1.lib.2.part.q.2.art.16.nu.11.Ripa.lib. 2.reſponſ.c.26.num.18.Carol.Mol.in Alexan.conſ.128.num.8.lib.1. prout eos refert & ſequitur ipſe Didacus vbi ſuprà.

3 Quòd ſi filius in legitima inſtituatur, dubium eſt, an in eum trãſeat ius patronatus,vel emphyteuſis hęreditariequod illinc pendet, an is, dato cohærede vniuerſali, hæres eſſe intelligatur,an verò legatarius? Et ipſe Didacus vbi ſuprà.nu. nono.eam opinionem ſequutus, quam ipſe communem eſſeputat,talem filium nõ tam vniuerſalem, quàm ſingularem ſucceſſorem eſſe putat, & conſequenter talem emphyteuſim ad eum tranſire negat. Quod ſuſpectum eſt, quia verior opinio eſt, filium taliter inſtitutum non tam in quota bonorum, quàm hæreditatis inſtitutum videri, & conſequenter iura hæreditaria ad eum tranſire, vt diſſerimus. Stat ergo,quòd eſt hæres anormalus,&improprius ille,qui fuit inſtitutus in legitima tantùm.Item ille etiã,qui eſt inſtitutus in re certa.Itẽ & tertiò dicitur hæres anormalus filius in hoc caſu vbi eſſet ſtatutũ, ꝙ ſtantibus maſculis filiæ fœminæ nõ ſuccederẽt.ſcꝺm Corne. cõſ.11. Pro deciſio. lib.2. n.3. cuius verba 4 ita habẽt. Prẽmittẽdũ eſt,ꝙ ſtante huiuſ modi ſtatuto excluſiuo filiarũ ad tẽpus. ſ.donec maſculi ſuperſunt, vtrũ filię prẽteritio reddat teſtamẽ.nullũ. Cõis ferè omniũ ſentẽtia eſt,ꝙ donec ſuperſunt filij teſtamẽtũ nõ ſit nullũ, mortuis aũt filijs maſculis, q erãt cauſa excluſionis, licèt Raine.de Forliuio, & collegiũ Senẽſe cõſulẽdo firmauerint,ꝙ nõ reddatur nullũ quia

Patronatus an tranſeat in filium in legitima tãtùm inſtitutum.

Teſtament. an retro nullum uideaturagnatione filiarum prætеritarũ ubi erat ſtat. ꝙ ſtãtibus maſculis. &c.

quia filia tempore mortis patris non erat talis, quæ deceret exhæredari, ideo præteritio non vitiat.per.l.ſi quis filio exhæredato.in prin. de iniuſto teſtamento.& l.gallus.per totam.l.de libe.& poſth. Tamen & Bart.& Bald. & Franciſcus Tigrini de Piſis,& collegium Florentinum,& ferè omnes concludunt, q̃ filia præterita deficientibus poſtea maſculis dicat nullum.Sed licèt in hoc concordent, tamen variant, quia Bart.tenet, q̃ filia ſuperueniés dicat nullũ tanquàm retro nullum, quia apparet hodie, q̃ teſtamentum fuit retro nullum, carens ſolennitate inſtitutionis, aut exhæredationis filiæ,quæ erat propter iſtum caſum inſtituenda, vel exhæredanda. Et allegat pro ſimili quod dicitur in capto ab hoſtibus poſtea reuerſo, qui dicit teſtamentum retro nullum. prout not.Bart.in.l.gallus.§.& quid ſi tãtùm.de libe.& poſthum. prout hoc concludit ipſe Bart.in.l.fi.ff.ad Tertulia.& in conſilio ſuo,quod incipit. Proponitur q̃ pater.in ordine.11.ſecundùm ordinem in formẽ, & ſecũdùm ordinem Peruſinum non informem.64. quod cõſilium quaſi de verbo ad verbũ ponit Bal.in.l. ſi auus. C.de libe.præt.& doct. Tindarus pronepos Bar.poſt conſilium Bart.prædictum dicit,q̃ in illa cauſa idẽ quod Bart.conſuluerunt.d.Thomas,& Collegium Florẽtinum,quæ conſilia dicit ſe vidiſſe, & legiſſe. Idẽ voluit ipſe Bart.in alio conſilio, quod incip. Dominus Iacobus.in ordine 188.ſecundùm ordinem Peruſinum non inform.Et prout quidam referunt, idem tenuit in alio conſilio,quod incipit.Pater habens filium. Et licèt multi damnentrationem,quia ſecũdùm opi. Bart.filius interim non eſſet hæres,& non poſſet exigere debitores,neq; exigi à creditoribus hæreditarijs,quod eſt contra mentẽ omniũ ſtatuentium,& contra communem conſuetudinem, quæ habet, q̃ interim filius gerat ſe pro hærede,& agat,& conueniatur vt hæres,& conſuetudo eſt optima legum, & ſtatutorum interpres. l. cùm de interpretatione.ff.de legi. & cap. cùm dilectus.de cõſuetu.quæ ratio videtur multùm vrgens, & multos mouet cõtra Bar. Sed Bar. poſſet ſe tutari à dicta obiectiõe, q̃ licèt interim ipſe filius ſit hęres ex mẽte ſtatuti,tamen ſit hæres anormalus,prout Franciſcus Tigrini dicit de filia q̃ ſit hæres anormala. Nam ſecũdùm regulas iuris ex teſtamento, quod ſperatur rũpi,nõ poteſt adiri hæreditas, prout probat Bar. ideo iſte filius non poſſet eſſe hæres ex teſtamento,nec abinteſtato, prout contingit in filio inſtituto vẽtre pleno, qui non poteſt adire ex teſtamẽto, de cuius ruptura dubitatur, quia pẽdet ex futuro euẽtu. Hæc ſunt verba Cornei, dicentis hoc caſu hæredem eſſe improprium,& anormalum, non ſecùs, q̃ ſi eſſet quis in re certa vel in legitima inſtitutus,dato cohærede vniuerſali,vt iam docuimus.

5 Sed & in terminis.l.fi.C.de inſt.& ſubſtit. videtur, q̃ ibi mater eſſet hæres impropria, & anormala. Nam quandiu locus eſſe poteſt ſucceſsioni ex teſtamento, ceſſat ſucceſsio abinteſtato.l.quandiu.ff. de reg.iur.l.quandiu.ff.de acqui.hær. ſed ibi mater abinteſtato admittitur ad ſucceſsionem impuberis, & excludit ſubſtitutum ex teſtamento inuitatum,ergo talis mater nec ſuccedit ex teſtamẽto, quia in teſtamento impuberis,de cuius ſucceſſione agitur, inſtituta nõ fuit expreſsim, nec tacitè:non quoq; abinteſtato, ſed reperitur ſubſtitutus ex teſtamento inuitatus:& quãdiu locus eſſe poteſt ſucceſsioni ex teſtamento, ceſſat ſucceſsio abinteſtato,ergo relinquitur q̃ ſit hæres impropria,& anormala, hoc eſt, ſuccedens nec ex teſtamento, nec abinteſtato, ſed alio improprio modo, ſecundùm quoſdam nouiſsimos in.d.l.fi.

Hæres anormala intelligitur mater in terminis.l fin. C.de inſtit. & ſubſt.

6 Quorum opinione licèt periculoſa ſic retenta, ex prædictis, ſcilicet q̃ mater ad bona filij admittitur, non tanq̃ hæres ex teſtamento,vel abinteſtato, ſed alio iure, ſcilicet

Hæres improprius nõ tenetur inuentariũ facere.

ſcilicet ex prouidentia legis, excluſo ſubſtituto pupillari tacito, infero vnũ, quod nullibi vsq; legi, reputo nouum, & mirabile, dubito an ſit verum, ſcilicet quòd mater ſuccedens filio in caſu noſtro excluſo ſubſtituto, nõ tenetur creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditarias, etiã inuentario non confecto, quod videtur mirabile. Pro cuius euidentia præmitto,

7 *Inuentariũ etiam mulier facere debet, cum communi.*

q; regula, quæ habet, q; hæres non conficiens inuentarium tenetur creditoribus vltra vires. &c. comprehendit etiam mulierem ſuccedentem. ita tenet Bal. in. l. fi. in prin. C. de iure deli. 2. col. poſt prin. Bar. latè in conſi. 154. incipiente. Maritus facit hæredem vxorem. &c. vbi multa dicit. idem tenet Alex. in. l. iuris ignorantiam. C. quæ admi. ad bo. po. penult. col. ad fi.

8 *Fœmina utitur iure cõi niſi in caſibus à iure expreſsis.*

Et probatur ratione, quia mulieri nõ ſubuenitur niſi in caſibus à iure expreſsis. l. fi. C. de iuris & fa. igno. glo. notabilis in cap. turbatur. in. 1. q. 4. prima glo. mag. ad fi. ſed iſte non eſt de illis, ergo. &c. Secundò, quia illa quæ ſunt inducta ad rigorẽ iuris conſeruandum ita obligant mulieres, ſicut maſculos. ſingularis deciſio eſt Bald. in. l. iuris ignorãtiam. C. quæ admi. & ibi Paul. & Alexan. & in ſimili vide gl. in ſumma. 38. diſtinct. quam allegauit Alexan. in dict. l. iuris. pen. col. in. fi. facit gl. in. l. iuris ignorantiam. la. 2. ff. de iur. & fa. igno. ſed iſtud de inuentario eſt huiuſmodi, vt per docto. in dict. l. fi. ergo. &c. Videbatur contrarium, quia ideo non faciens inuentarium tenetur in ſolidum, quia præſumitur ſubtraxiſſe res hæreditarias. &c. in authen. de hære. & fal. §. ſancimus. col. 1. & ſic propter delictũ præſumptum.

9 *Minores, et fœminæ, et ruſtici iuuãtur contra dolum præſumptum, licèt ſecùs in dolo aperto.*

Sed ego habeo, q; quãuis minor, mulier, & ſimiles non iuuentur contra dolum apertũ, ſecùs tamen eſt in dolo præſumpto, qui in eis non præſumitur. vt eſt glo. ſingularis in. l. vbi exigitur. ff. de eden. ergo videbatur, q; mulier nõ tenereturinuentario non confecto. & ita ego dixiſſem per illam gloſſam, niſi eſſet authoritas doct. in contrarium. Cogita de reſp. Retento ergo pro vero, q; etiam mulier teneatur in ſolidum inuentario non confecto, quemadmodum maſculus, dico tamen, q; in caſu noſtro non tenetur in ſolidum etiam inuẽtario non confecto. Ad quod tentãdum moueor per ſequentia. Primò per tex. quem ſuprà ad aliud allegaui. in. l. ſi infanti. §. 1. de iure delib. & ibi Bal. 2. col. 5. oppoſitione. vbi inter cætera dicit, q; cùm pater capiat illa bona iure patrio, non tanq; hæres, ſequitur, q; ſi decedit, licèt hæreditatem infantis non agnouerit, tamen tranſmittit, vt ſuprà dixi. Itẽ ſequitur, q; pater non conuenitur tanq; hæres infantis, nec arctatur ad faciendum inuentarium, & hoc eſt quod pondero. Ratio eſt, & iſtam tene menti: quia pater eſt magis ſucceſſor bonorum, q; ipſius filij, ergo debet teneri ſolum modò inquãtum bona patiuntur, & non in plus: at ergo mater ſuccedit non tanquàm hæres, vt dixi, ergo non tenetur facere inuentarium: & poſito q; non faciat, non tenebitur vltra vires hæreditarias, & hoc eſt bene notandum. &c.

dolo aperto.

10 *Inuentariũ an facere teneatur qui ex pacto ſuccedit.*

Vnde etiam tentari poteſt, q; in terminis. l. licet. C. de pact. is qui ex pacto capit alterius hæreditatem, non ſit propriè hæres ex teſtamento, aut abinteſtato, & conſequenter non teneatur legatarijs vltra vires hereditatis, etiã ſi inuentarium non fecerit, cùm ſuccedat contra regulas iuris ciuilis. vt in. l. fi. C. de pact. l. pactũ. eod. tit. l. hæreditas. C. de pact. conuent.

11 *Inuentariũ fiſcus facere non tenetur cum cõi niſi ſit inſtitutus cũ cõi*

Secundò iſtud probo. Quæſtio eſt, an fiſcus teneatur facere inuentarium? Bart. in. l. 1. §. an bona. ff. de iu. fiſ. tenuit q; non. idem tenet Bal. in. l. fi. in prin. C. de iu. delib. 4. quæſt. Paul. de Caſtro vbi Cinus in l. 3. C. ad. l. Iuli. de vi. pu. Bald. in. l. 3. C. ad. l. Fal. Ange. in. d. l. fi. §. & ſi præfatam. Aliter videtur dicere Bar. in authen. ſed cùm teſtator. ad fi. C. ad. l. Falci. & videtur text. expreſſus in authen. de hære. & fal. §. pen.

dum

dum dicit, q̃ illa conſtitutio de non conficientibus inuentarium vt teneantur in ſolidum, habet locum in omni perſona, & ſubdit, communem nanq; omnibus hominibus. &c. appellatione enim hominis cum illa vniuerſalitate, omnib⁹, comprehenditur etiam fiſcus. gloſ. eſt in l. eos. C. de vſur. in ver. vſurarũ. iũcto text. in ver. hæres. & ibi ad hoc not. Bal. 2. col. Et confirmatur, quia nunq̃ præſumitur aliquid ſpeciale in fiſco potiùs q̃ in alijs, niſi in caſibus in iure expreſsis. vt in. l. itẽ veniunt. §. Imperatorũ. cum glo. ff. de pe. hære. & in. l. 1. C. de peti. hære. ſed iſte caſus non eſt expreſſus, ergo tenetur inuentarium facere, aliàs tenebatur in ſolidũ,

Pro cõcordia videtur dicendũ, & iſtud eſt quod pondero, q̃ aut fiſcus capit bona tanq̃ hæres, vt quia fuit hæres inſtitutus, & tunc teneatur vltra vires hæreditarias, inuentario non confecto. & ita intelligitur ſecunda opi. Bar. & tex. in authen. de hære. & fal. §. pen. ſuprà allegatus. Aut fiſcus accipit bona non tanquam hæres, ſed tanq̃ bona vacantia, vt quia veniẽtes ex teſtamento, vel abinteſtato repudiauerunt, quo caſu ad eum non tanq̃ ad hæredem veniunt. l. 1. C. de bo. vacan. lib. 10. & idẽ ſi capiat bona ex delicto alicuius, & tunc non tenetur vltra vires hæreditarias. Iſta concordia colligitur optimè ex verbis Bart. in rubri. de acqui. hære. dum dicit, q̃ ille, qui ſuccedit in vniuerſum tã quàm hæres, tenetur vltra vires hæreditarias: ſed quando quis capit ſub hoc nomine, tanq̃ bona vacantia, non dicitur in hęreditate ſuccedere. l. 4. §. eadem conſtitutio. ff. de fideicom. liber. cum glo. ibi poſita. & ideo non tenetur vltra vires. l. 1. §. an bona. &. §. nõ poſſunt. ff. de iure fiſci. Iſtã concordiam ponderat & ſequitur Imol. ibidem, ſcilicet in dict. rubri. de acqui. hære. & ibi Romanus. idẽ ſequitur ibi Alex. vlt. col. Et verè hæc concordia colligitur ex verbis Bal. in dict. l. fi. in prin. 4. quæſt. de iure delib. dum dicit, q̃ quando fiſcus ſuccedit in bonis vacantibus, vel ex delicto alicuius, non tenetur facere inuentarium. Ratio eſt (& iſtud pondero) quia non eſt propriè hæres, ſed vindictæ cauſa ſuccedit. ff. de in integ. reſti. l. non ſolùm. §. fi. ff. de nouationibus. l. quotiens. §. fi. In propoſito ergo, cùm mater non ſuccedit tanq̃ hæres, ſed alio iure, ſcilicet ex proui dentia legis, ſequitur, q̃ non tenetur ad inuentarij confectionem. Et hoc optimè ſtringit.

12 Et ex ſuperioribus videtur poſſe inferri, q̃ pater, qui ex pacto habito tempore emancipationis, quæ fit contracta fiducia, videatur filio hæres improprius, & anormalus, & conſequenter etiam ſi non fecerit inuentarium, non teneatur vltra vires hæreditarias legatarijs. & ita procedat text. in. §. fin. Inſtit. de legi. ag. ſucceſſione.

Hæres anormalus eſt pater, qui filio quem cõtracta fiducia emancipauit, ſucceſſit.

13 Tertiò ſic probatur. Certum eſt, q̃ monaſterium tenetur ad id, ad quod teneba tur ingreſſus. glo. in authen. ingreſsi. de ſacroſanct. eccle. glo. magna. & ibi notabiliter Bart. vlt. col. & idem Bal. ibi. & Bar to. in. l. fi. ff. de adoptio. & eſt communis ſentẽtia per Abb. poſt alios in cap. in præſentia. vlt. col. de probatio. & vide quod per hoc dicit Barto. in. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de lib. agnoſ. quem refert & ſequitur Abb. in cap. tranſmiſſæ. qui filij ſunt legi. Quanuis aliter diſtinguat glo. quæ reputatur ſingularis in. l. ſi peculium. §. ſed & ſi dominus. ff. de pecu. lega. quam reputat ſingularem Sali. in. d. authen. ingreſsi. 4. vel. 5. col. Ratio, quia monaſteriũ ſuccedit monacho in omnibus bonis ipſo ingreſſu. d. authẽ. ingreſsi. adeò, q̃ acquiritur ſibi poſſeſsio bonorũ ingreſsi abſq; aliqua apprehenſione. vt tenet Bart. in authen. ſi qua mulier. de ſacro ſanct eccle. pen. col. & in. l. ſi adoptauero. ff. de precario. & in. l. qui vniuerſas. de acqui. poſſe. tenet Inno. in cap. in prẽſentia. de proba. & ibi per Abbatem pen. col. & eſt glo. ordina. in cap. ſi qua mulier. 19. q. vlt.

Monaſterium inuentarium facere non tenetur, cum communi.

vlt. glo. mag. Sed an teneatur monaſterium in ſolidum inuentario non confecto, dicēdum eſt q̄ non, ſed eatenus, quatenus ad monaſterium peruenit. Ita notabiliter Bart. in dict. authen. ſi qua mulier. pen. col. poſt prin. Bal. notanter in. l. iubemus. in prin. C. ad Trebe. vlti. col. q̄ Alex. in. l. fi. §. & ſi præfatam. de iu. delib. 2. colū. in prin. Innocent. & alij in dict. cap. in prę ſentia. & ibi per Abb. in vlt. col. poſt medium. Ratio eſt (& iſtud eſt quod pondero) quia monaſteriū ſuccedit monacho, non iure hæreditario, ſed iure cuiuſdam acquiſitionis naturalis, ſicut dicimus de bonis eius, quem arrogauimus. Inſtit. de acquiſi. per arroga. per totum. ita eleganter Bart. in dict. authen. ſi qua mulier. penult. col. in prin. quem ſequitur Abb. in d. c. in præſentia. pen. col. quāuis cōtrariū tenuerit gl. in. d. auth. ſi qua mulier. & Inno. in cap. in prę ſentia. prout ibi refert. D. Abb. Sed primum cōmuniter tenetur, & illud ſequūtur oēs moderni in. d. auth. & ibi Sali. 7. quæſt. & in. d. auth. ingreſſi. Et liquet apertè, quia adhuc ipſe monachus poteſt conueniri, & cauſa poteſt agitari cum monacho. auth. cau. quæ fit cū monacho. de epiſc. & cleri. & ſic nō habetur pro mortuo, ergo nec monaſterium pro hærede, quia viuens nō habet hæredem. l. 1. §. pro hærede. l. qui ſuperſtitis. d̄ acqui. hære. ff. cū ſimili. Modò ad propoſitum, cùm monaſteriū ideo non teneatur vltra vires, quia non ſuccedit iure hæreditario, ſed iure cuiuſdā acquiſitionis ex diſpoſitiōe legis, ergo idem debet eſſe in matre, quæ non ſuccedit ex teſtamēto, nec ab intestato, vt ſuprà dictū eſt, & ſic non tanq̄ hæres. Et hoc videtur expreſſum ad deciſionem quæſtionis.

14 Et ex ſuperioribus videtur etiā poſſe tē tari, q̄ in terminis. l. omniū. C. de teſtam. vbi valet iure ſingulari & contra regulas iuris ciuilis teſtamētum factū coram principe, hęres eo teſtamēto ſcriptus videatur hæres anormalus, & improprius, & cōſequēter etiā ſi inuētarium non fecerit, non teneatur legatarijs vltra vires hęreditatis. Et idē ſimiliter in teſtamēto facto ab ipſo met principe. Et in hærede ab ipſomet principe inſtituto eo teſtamēto, quod iuris ſolennitates nō habebat.

Hæres anormalꝰ an ſit inſtitutus in teſtamento minus ſolenni facto à principe, uel etiā ab alio coram principe.

15 Quartò probatur ſic. Nā habemus, q̄ pater arrogator nō tenetur vltra vires hæreditarias, & idē in alio patre, q̄ ratione patriæ poteſtatis acquirit hæreditatem filio ſuo delatā, nā iſti non tenētur vltra vires, quia nō ſuccedūt tanq̄ hæredes, ſed vt cō modum ſentiētes. ita elegāter ponit Bal. in. l. iubemus. in prin. C. ad Treb. vlt. col. ergo idē in propoſito noſtro, cùm ſit eadēratio, vt ſuprà oſtenſum eſt. Et idē vult notabiliter Bald. in auth. cauſam quæ fit eū monacho. vlt. q. C. de epiſ. & cle. quod reputat bene notādum. facit qđ ipſe not. in authē. ſed cùm teſtator. vlt. col. C. ad. l. falci. & ponit Romanus in rub. de acqui. hære. & quæ elegāter dicit Bal. in. d. auth. ſi qua mulier. 6. col. poſt prin. Confirmatur per id, quod dicit Alex. in. d. rub. de acqui. hære. ante finē. vbi vno verbo facit regulā, q̄ vbicūq; bona ad aliquem peruenīūt, non tanq̄ ad hæredē, non tenetur vltra vires hæreditarias, inuētario nō confecto. Quod eſt diligenter notādum. Cùm ergo bona filij ad matrē perueniāt vt matrem, nō vt ad hæredem, vt ſæpè eſt dictū, ergo nō tenebitur vltra vires, etiam ſi inuentarium non faciat.

Pater arrogatoreſt hæresanormalus, & non tenetur ultra uires.

16 Adde, q̄ ex ſuperioribus videtur poſſe tētari, q̄ hæres ſcriptus in teſtamēto facto citra iuris ſolēnitatem ab eo, q̄ habet merum imperiū in loco, vbi tale teſtam. fiebat, quod valere diximus ſuprà argu. d. l. omnium. C. de teſtam. talis hæres improprius, & anormalꝰ eſſe videatur, & q̄ hoc legatarijs nō teneatur vltra vires hæreditatis, etiā ſi inuētarium non fecerit. Adde egregium text. in. l. cū antiquioribus. in verb. aliter. C. de iure delib. vbi expreſsū, q̄ quis poteſt ſuccedere, non ex teſtamento, vel abinteſtato, ſed aliter.

Hæres ſcriptus in minus ſolenni teſtam. facto ab eo, qui non recognoſciſſu periorē, eſt anormalus.

Secundò

17 Secundò nouiſsimè etiam infero ex
Miles, qui commilitonis hæreditatem pacto acquirit, nõ tenetur facere inuẽt.
deciſione Angeli in dicto. §. hæc ſtipulatio. licèt ſuprà incidenter attigerim. Scis q̃ pactum factum inter milites d̃ ſuccedendo adinuicem, eſt approbatum à iure, vt eſt caſus ſingularis, quanuis vulgatus, in.l.licet.C.de pactis. ſed eſt dubiũ, an illud dicatur teſtam. vel ſucceſsio abintestato, vel quid. Et glo.in dict.l.licet. tenet ſecundùm vnam opi. q̃ nõ ſit teſtam. nec cauſa inteſtati, ſed dicitur ſimpliciter

18 vltima voluntas. & illa glo. non eſt alibi
Reperitur ult. uoluntin genere.
ſecundùm Ange. in.l.3.§.genera.ff.de acqui.poſſe. & allegatur in apoſti. ad Abb. in cap.relatum.el.1. de teſtamen. in.1.addi.in fine.& dicit Bal.in dict.l.licet.2. col. q̃ non reperitur vltima volũtas innominata & in genere alibi, q̃ in illa.l. ſed ego conſueui dicere, q̃ eſt tex.in.l. cùm antiquitas.in prin.C.de teſtam.vbi text.dicit, Sancimus in tempore quo teſtamentum conditur, vel codicillus naſcitur, vel vltima quidem diſpoſitio celebratur. &c. & ſic ibi appellatur vltima voluntas in genere, quæ non eſt teſtam. vel codicilli. Et q̃ illud non ſit teſtamentum, probatur in dict.l.licet.dum dicit, vim poſtremi iudicij obtineat. &c. ergo nõ eſt poſtremum iudiciũ, ſed habet vim ipſius: quia aliud eſt eſſe tale, aliud haberi pro tali.l.mercis. ff.de verbo.ſigni.l.ſi maritus.vbi per Bar. ff.de adulte. Et q̃ nõ ſit teſtamentum, ſed ſit quoddam tertium abſtractũ, ſcilicet nec teſtamen. nec cauſa inteſtati, & ſic ſit quædam ſucceſsio anormala, pondero illud velle Bal.in.l.ex teſtam. C. de teſtam. manumi.vbi referens Azo.in ſumma. Inſtit.de eo cui.liber.cauſa bo. addi.dicentẽ illum qui ſuccedit, per authen. hoc amplius. eſſe ſucceſſorem anormalum, vt ſuprà retuli, dicit ſic ſuprà de pactis. l. licet. ſecundùm vnam opi. gloſſæ manifeſtæ. ergo ſentit, quòd ſucceſſor anormalus, d̃ quo in illa. l. eſt ſucceſſor anormalus. Si ſic, infero, attenta ratione Angeli, q̃ ſi miles militi ſuccedit, ſecundùm formam.d. l.licet.non tenetur creditoribus vltra vires hæreditarias, etiam inuentario non confecto, quia eſt ſucceſſor bonorum, nõ hæreditatis, & quia eſt ſucceſſor anormalus. Cogita, quia reputo mirabile, & pro veritate cogitandum relinquo.

19 Tertiò etiam poſſet inferri ex deciſio-
Quid in teſtamento facto à patre inter liberos.
ne Ange. q̃ cùm teſtam. factum à patre inter liberos iuxta.l. fi. C. fami. herciſ. cũ duobus teſtibus. &c. non dicatur teſtam. propriè, nec etiam dicatur pater propriè inteſtatus, ſed dicatur quædã media via ſucceſsionis, nec ex teſtamento, nec abinteſtato, ſed anormala. vt per doct. in. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtamentis. infertur, q̃ filius ſuccedens ex teſtamento imperfecto, non teneatur creditoribus paternis vltra vires hæreditarias, etiam non confecto inuentario, quod videtur valde mirabile, bene tamẽ infertur ex prędictis, attenta ratione Angeli. &c. Sed non firmo.

Adde, quòd etiam in terminis. l. ſi miles vnum. ff. de milit. teſtamẽto. videtur, q̃ hæres ſit improprius, & anormalus: qa cùm nemo poſsit partim teſtatus, & partim inteſtat⁹ decedere. vt in. l. ius noſtrũ. ff. de reg. iur. & in dict. l. ſi miles vnũ. ſi ali quis ſit hæres in vno fundo, & in reliquo teſtator decedat inteſtatus, certè is hæres improprius videtur.

20 Et per illum tex. tenet glo. in. l. 1. §. ſi ex
Hæredi in re certa à milite ſcripto, an reliquũ hæred. accreſcat.
fundo. ff. de hæredibus inſtituẽdis. quòd ſi miles me in vno fundo hæredem fecit, & te in altero fundo, ſed in reliquo patrimonio neminem hæredem inſtituit, tũc reliquum hæreditatis ijs hæredibus non accreſceret. Et hanc opinionem ſequuntur Imol. ibi. idem Imol. in. l. cogi. §. ſed & miles. ff. ad Trebel. Fulgo. Roma. Alexã. & Cato Sacus in. l. 1. C. de teſtamẽto mili. Cuma. in. l. ſi miles vnum. & in. l. ſi duobus. ff. de mili. teſtamento. prout eos refert Iaſ. in. l. 1. C. de teſtamento mili. In cõtrarium tamen ſe habet communis opi. quam tenent gloſ. & communiter doct. in dict.

in dict.l.1.C. de testam. militis. vt attestatur Iaſ.ibid. num.10. cum pluribus ſequẽtibus.per tex.in.l.ſi certarum.ff. de militari testamen. Quod dic vt per Iaſ. & alios ibidem.

21 *Testamentum requirit hæredis institutionẽ Amplia. 8. modis.*

Stat ergo, ꝙ ad validitatem testamenti requiritur hæredis institutio.

Amplia vt procedat etiam in testamẽto facto tempore pestis. Nec ad rem pertinet,ꝙ in tali testamento reliquæ ſolennitates relaxentur, nam illud procedit quo ad numerum testiũ,& ſimilia, ſecùs quo ad hæredis institutionem, quæ vt tali testamento nulla neceſsitas eſt cur interuenire non debeat.

Secũdò amplia.vt eadem ratione procedat etiam in testamento facto tempore belli,in quo licèt ſolennitas testium ſoleat relaxari, vt diſſerimus, tamen nulla neceſsitas, nullúmue impedimẽtum eſt, propter quod omitti debeat hęredis institutio.

Tertiò eadem ratione amplia vt procedat etiam in testamento facto tempore,vel loco,vbi deficit copia testium, vel hominũ, nam non ideo minus adeſt poteſtas hæredis instituendi, vt ſic non obſint quæ diſſerimus.

Quartò amplia. vt procedat etiam in testamento facto in carcere tyranni,nam & illud nihil valeret ſine hæredis institutione, cùm etiam ibi poteſtas hæredis instituendi deeſſe non poſſet, non magis,q̃ legatorum, vel fideicommiſſorum relinquendorum,vt ſic nihil obſint quæ diſſerimus ſuprà.

Quintò amplia. vt procedat etiam in testamento facto coram principe, in quo licèt relaxetur ſolennitas testium, & ſimilium,non tamen relaxatur ſolennitas hæredis instituendi.vt patet ibi in.§.penul.& fi.in.l.omnium.C.de testam.

Sextò amplia.vt procedat etiam in testamento facto ab ipſomet principe. argumento dict.l.omnium.in.§.fi. quod testamẽtum ſine hæredis institutione in re dubia puto valiturum non eſſe.

Septimò amplia. vt procedat etiam in testamento facto apud acta iudicis,quod quidem testamentum ſine hæredis institutione non valebit, licèt in eo relaxetur ſolennitas testium.vt in.d.l. omnium. in prin.iũcto.§.pen.&.fi.

Octauò amplia. vt procedat etiam in testamento facto ab eo, qui habebat merum imperium in loco, vbi testabatur,in quo testamento licèt relaxetur ſolennitas testium.argumẽto.d.l. omnium. non tamen relaxatur ſolennitas hæredis instituendi.argumento. d. l. omnium. §. pen. & fi. Limita vt nõ procedat in testamento facto à patre inter liberos. argumento tex.in.l.fi.C.familiæ herciſcũdæ. & idem fortè in testamento facto ad pias cauſas. argumento text. in cap. relatum. & cap. cùm eſſes.de testamen.

Intellige tamen, ꝙ in quibus caſibus diximus id testamẽtum nõ valere in vim testamenti,non quoq; valebit in vim codicillorum,deficiente hæredis institutione,niſi expreſsim testator edixerit,vt ſi id testamentũ in vim testamenti valere non poſſet, valeret ſaltem in vim codicillorũ. l.1.ff.de iure codi.l.fi.C.eod.tit.

Vnde quæſitum eſt,ſi notarius in publico inſtrumento ait, Titius ſanus mente in his ſcriptis fecit ſuum testamentum nuncupatiuum, nõ reperitur hæredis institutio,ſed varia legata, an tale testamentum ſuſtineatur in vim codicillorum,vt inde legata à legitimis præſtentur. Iaſ.dicit ꝙ ſic in rub.ff.de leg.1.n.16. poſt Bald. & Paul. quos ipſe refert. Contrarium tamen ſentit Iaſ.in.l.1.§. fi quis ita. num.17. ff.de verb.obli.quod puto verius.Primò, quia ſine hæredis institutione nil in testamento ſcriptum valet.l.proximè.ff. quæ in testamento delentur. §. ante hæredis. Inſt.de leg.l.1.in fi.ff.de vulg.ſed hîc non adeſt hæredis institutio.ergo.&c. Secundò & fortiùs nõ ſolùm quando hæredis institutio ab initio facta nõ fuit testamẽtum

tum non valet (vt dixi) ſed etiam ſi ab initio facta fuerit, ſi tamen poſtea infirmatur, quia hæreditas adita non ſit, nil in teſtamento ſcriptum valet. l. eam quam. C. de fideicom. l. ſi nemo. ff. de teſtam. tut. l. ſi nemo. ff. de reg. iur. & tamen teſtamentum, quod ab initio valuit, faciliùs ſuſtineri deberet, q̃ teſtamẽtum, quod nunq̃ valuit. arg. um. l. patre furioſo. vbi latè Iaſ. ff. qui ſunt ſui vel alie. iur. ſi ergo nil in teſtamento ſcriptum valet, ergo nec legata debebuntur. Tertiò hoc eſt expreſſum in. l. ſi. §. illud. C. de codici. & in. l. 1. ff. de iure codi. vbi qui teſtamentum facere voluit, ſi non expreſsit, q̃ ſi voluntas ſua vt teſtamen. valere non poſſet, valeret ſaltem vt codicillus, tunc teſtamentum illud ſi in vim teſtamenti valere non poſſet, non valeret etiam in vim codicillorum, ſed teſtator noſter id nõ expreſsit. ergo. &c. Et in noſtro caſu q̃ teſtator teſtamentum facere voluerit, patet: quia ex quo inſtrumẽto cauetur, q̃ teſtator voluit facere teſtamẽtum, ſtandum eſt inſtrumẽto. vt in. l. cum precib⁹. C. de probatio. credendũq; eſt id à teſtatore dictũ fuiſſe: at ſi id teſtator diceret, eius verbis ſtãdum eſſet. l. non aliter. ff. de leg. 3. quia ex verbis teſtatoris loquẽtis eius volũtatẽ apertè colligimus. l. Labeo. ff. de ſuppellect. leg. & ſi teſtator aliud voluiſſet, id expreſsiſſet. §. ſi autem ad deficientis. C. de cad. toll. Quartò non ſolùm ſi cõſtet apertè teſtatorẽ facere voluiſſe teſtamentum, quod apertè conſtat, qñ ex eius verbis colligitur, vt in quæſt. noſtra. arg. u. d. §. ſin autem ad deficientis. d. l. Labeo. &. d. l. non aliter. ſed etiam ſi ex facto teſtatoris colligitur, q̃ teſtam. facere voluit, adhuc tale teſtamentũ ſi in vim teſtamẽti valere non potuit, in vim codicillorum non valebit: & ſic etiã ſi ex coniecturis tãtùm colligatur teſtamẽtum facere voluiſſe, adhuc in vim codicillorum non valebit. vt puta ſi colligitur ex hæredis inſtitutione, vel exhæredatione. vt. l. non codicillũ. & ibi in ſumma Alexã. C. de teſtam. Si ergo cùm ex cõiecturis conſtat, q̃ voluit facere teſtam. tũc teſtamentum, quod in vim teſtamẽti valere nõ potuit, nõ valebit in vim codicillorũ, quãto magis ſi id euidenter ex ipſius teſtatoris verbis colligitur, & pro forma teſtamentorũ deſideratur, vt hæredes aut manu p̃pria teſtatoris ſcribãtur, aut eius voce ita nuncupẽtur, vt hęredis nũcupatio ſaltem ab ſeptẽ teſtibus exaudiatur? vt in. l. hæredes palàm. in prin. ff. de teſtam. §. fi. Inſtit. eod. tit. l. iubemus. C. eod. tit. vbi tex. ait, q̃ aliàs teſtamentum nullatenus valet: ſed teſtator nec nuncupauit, nec ſcripſit nomen hæredis. ergo. &c. nam omiſſa forma, corruit diſpoſitio. l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactionibus. l. ſi vnus. C. de teſtam. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. l. an inutilis. ff. de acceptilati. Sextò in his quæ pẽdent ex voluntate vnius, & differunt in modo conſtituendi, ſi non valet quod ago vt ago, non valet vt valere poteſt. ita Barto. in. l. 1. §. ſi quis ita. nu. 5. ff. de verbo. obli. quem ſequuntur omnes ſecundùm Iaſ. ibi. num. 15. ſed in modo conſtituendi eſt longa differentia inter teſtamentum quod deſiderat ſeptem teſtes, & codicillos, qui quinq; tãtùm deſiderãt. itẽ teſtamẽtum pendet ex volũtate vnius, ſcilicet teſtatoris, ergo ſi nõ valet vt teſtamẽtum, nec valebit vt codicilli. Septimò, ſi teſtamẽtum, qđ vt teſtamẽtum valere nõ põt, valeret vt codicilli, certè trãſiret in ſpeciẽ omnino diuerſam, qđ eſſet abſurdũ. argumẽto eius qđ ait Bar. quẽ ſequũtur oẽs in l. Cẽturio. circa prĩ. ff. de vulg. vbi ait, q̃ in habentibus ſimilitudinẽ, facilis eſt tranſitus, ſecùs in his, quæ in multum differũt. Et hæc duo poſteriora fund. adducit Iaſ. in dict. §. ſi quis ita. num. 17.

Et tenendo hanc partẽ, non obſt. l. fi. ff. de iure codi. quã Iaſ. in rubr. de leg. 1. n. 16. all. pro communi opin. intelligens, q̃ ibi nuncupatio hæredis non valuit, ſed ſolùm valuerunt legata quaſi ex codicillis debita. Nam imò in dubio dicendum

eſt, quòd & hæredis nuncupatio valuit quaſi teſtamentum, ſi adfuerunt ſeptem teſtes, & legata quaſi codicillis relicta debentur. vt firmat Bar. ibid. Dum ergo Iaſ. ibi ait, quòd teſtamentum, quod vt teſtamentum non valuit, valuit tantùm vt codicillus, id nego: nam imò illa diſpoſitio valuit vt teſtamentum, & etiam vt codicilli, & ſic ibi non vna diſpoſitio fuit, ſed duæ fuerunt diſpoſitiones, ſcilicet teſtamentum, & codicilli. Vnde infero, quòd ſi in hæredis nũcupatione, de qua ibi, ſeptem teſtes non adeſſent, quòd vitiaretur inſtitutio, ſed legata nihilominus valerent, ſi in tabulis, de quibus ibi, quinq; teſtes adeſſent: quia cùm eſſent duæ diuerſæ diſpoſitiones, altera vitiata, altera valere non deſineret. vt. l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de verb. ob. vbi Bart. & omnes. Nec obſtat, q̃ ſi non valet quod ago vt ago non valet vt valere poteſt. vt per Bart. in. d. l. 1. de verb. §. ſi quis ita. nu. 5. Nam illud in vna diſpoſitione, ſecùs in diuerſis diſpoſitionibus. Nec obſ. q̃ appellatione teſtamenti, largo modo codicilli contineantur. Nam illud licèt verum ſit largo modo et impropriè, vt in caſibus, quos adducit Iaſ. in rub. de lega. 1. num. 15. tamen regulariter à proprietate verborum non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. Et quòd impropriè, & largo modo codicilli contineantur appellatione teſtamẽti, firmat ipſe Iaſ. in. d. n. 15. poſt gl. 1. & gl. fi. in. l. 1. ff. de iure cod. Iure tamen regio dic vt in. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordin.

Illud tamen nó eſt prætermittendũ, q̃ illud requiſitum, vt ſit in teſtamento hæredis inſtitutio, verificatur etiam in inſtitutione hæredis, licèt ſit per errorem reuocata teſtatoris.

22 *Primo teſtamẽto per errorẽ reuocato, inſtitutio quaſi ex poſteriore teſtamento, non quaſi exprior ſuſtinetur.*

Vnde priore teſtamento per errorem reuocato (quia teſtator hæredes in eo ſcripti mortuos eſſe falsò putauit) ſecundũ teſtamentum ſine dubio ſaltem quo ad legata valuit. l. fi. ff. de hære. inſt. Item qui in primo teſtamento ſcriptus fuit hæres proculdubio erit, vt ibid. Sed dubitatur, vtrùm hæres exiſtat ex primo teſtamento, an ex ſecundo, id eſt, vtrùm ſibi deferatur hæreditas virtute primi teſtamenti, an virtute ſecundi? Et dic quòd virtute ſecundi. De hoc eſt text. expreſſus in dict. l. fin. vbi ait text. legata ex poſteriore teſtamento præſtanda perinde ac ſi primo teſtamento inſtituta in poſteriore teſtamento hæres ſcripta eſſet. Licèt enim attenta veritate non in poſteriore, ſed in primo teſtamento fuerit inſtituta, tamen text. ait effectualiter perinde eſſe, ac ſi poſteriore teſtamento ſcripta in veritate eſſet: at ſi in poſteriore teſtamento verè ſcripta eſſet, res expedita eſſet, ergo.

Et inde infertur, legata ex poſteriore teſtamento, non ex priore præſtari debere. Et ſi dixeris, quare legatarij prioris teſtamenti legatis priuantur, ſed hæres priore teſtamento ſcriptus non priuatur hæreditate? Reſp. quòd per poſterius teſtamentum tollitur teſtamentum prius. vt. §. poſteriore. Inſtit. quibus modis teſtament. infi. l. ſi quis priore. ff. ad Treb. l. pacta nouiſsima. vbi latè Iaſ. C. de pact. Ratio, quia qui fecit poſterius teſtamentum, pœnituit prioris voluntatis. vt dictis legib. & l. ſi quis in prin. teſtam. de leg. 3. ſed in dict. l. fi. ſecundum teſtamentum factũ fuit, & ſolenne, ergo receſſum fuit à primo. Hoc verũ eſt, & ex præſumpta volũtate teſtatoris procedit, ſed in. d. l. fin. ex ipſa teſtatoris præfatione conſtat eum non habuiſſe animum reuocandæ prioris inſtitutionis, ideo text. ibi ſubdit. tamen ex voluntate teſtantis putauit Imperator ſubueniendum eſſe ei, quæ in priore teſtamento ſcripta fuit. Itaque ibi prior inſtitutio non tollitur, quia non fuit de mente teſtatoris per ſecundum teſtamentũ eam tollere, imò magis eã confirmauit in ſecũdo teſtamẽto, dũ adiecit hæc verba. quia hæredes, quos mihi contingere volui, habere non potui. &c. at

legata

legata per ſecundum teſtamentum meritò infirmata, reuocataq; videntur, quia legatarios primos teſtator mortuos eſſe non putauit, ſed cùm vel ſciret, vel crederet eos viuere, nihilominus in poſteriore teſtaméto alijs legauit, vel eiſd. ſed diuerſa legata fecit, idq; facere non potuit, niſi animo priorũ legatorũ reuocandorum. Confirmatur, nã nuda volũtate infirmãtur legata. l. ſi iure. de leg. 3. l. militis codicillis. §. veteranus. de teſtamento mil. ſed hîc affuit nõ ſolùm nuda, ſed etiam ſolẽnis, ergo. &c. Facit. l. 3. in fi. & l. ex parte. ff. de adim. leg. Et licèt falſa cauſa nõ ſoleat vitiare legatũ. l. demõſtratio. §. quod autẽ. l. cùm tale. §. falſam. de cond. & demõ. &. §. longè. Inſt. de leg. tamen id verũ eſt, niſi teſtator ex illa falſa cauſa motus fuit ad legandũ, vel inſtitutionem faciẽdam, aliàs nõ facturus. vt. d. §. falſam. ſed teſtator in. d. l. fi. ſecundã inſtitutionem factu rus nõ erat, niſi illo falſo rumore, falſaq; cauſa deceptus fuiſſet. vt ait. d. l. fi. in verb. tamen ex voluntate. ergo ſecũda inſtitutio non valet. vt ibi iuncto. d. §. falſam. & cõſequenter prior inſt. non tollitur effectualiter, licèt trãsferatur, vel mutetur, vt cùm cõſanguinea teſtatoris priore teſtaméto ſcripta fuerit verè, modò in ſecũdo teſtaméto inſtituta videatur, quod fit, vt volũtas teſtatoris ſeruetur tam quo ad legata, q̃ quo ad inſtitutiones: nã teſtatoris volũtas fuit, vt probaui, q̃ inſtitutio prioris teſtaméti, & legata poſterioris valeãt: at id cùm paganus cũ duobus teſtamentis decedere nequeat, fieri non poſſet, niſi priore teſtaméto inſtitutus, poſteriore teſtaméto inſtitutus fingeretur, ideo poſteriore teſtaméto inſtitutus fingitur. vt ibi text. in fi. illius. l. fi. apertè ait. Et hinc infero ſolutionẽ ad obiectionem Socini in. d. §. quod autẽ. colũ. 3. in fi. dicentis, q̃ legata in poſteriore teſtaméto relicta non debe rent valere: quia licèt falſa cauſa, de qua in. d. l. fi. non reſpiceret legata, tamen adhuc infirmata inſtitutione poſterioris teſtamenti, & poſteriora legata infirmari deberent. l. eam quam. C. de fideicom. l. ſi nemo. ff. de teſtam. tut. l. ſi nemo. ff. de regu. iur. l. 2. §. adeò. ff. de vulg. Nam reſp. q̃ imò inſtitutio in poſteriore teſtaméto facta non infirmatur, ſed valet, licèt perſona inſtituta per fictionem ex præſumpta teſtatoris voluntate mutetur, nã aliàs in pluribus caſibus recedimus à regulis iuris ob ſeruandam præſumptam teſtatoris volun.

Cogitabis in hoc, quia agnoſco, quòd magis communiter doct. in dict. l. fi. ff. de hær. inſtit. in hac ſunt opinione, vt exiſtiment in terminis illius legis primum teſtamen. valuiſſe quo ad hæredis inſtitutionem, quæ per ſecundum teſtam. non fuit infirmata, ſed poſterius teſtam. valuiſſe quo ad legata tantùm, legata autẽ prioris teſtamenti reuocata fuiſſe, quia id & voluit teſtator, quandoquidem in poſteriore teſtamento ea non confirmauit, & potuit, quia legata nuda volũtate tollun tur. l. ſi iure. ff. de leg. 3. Hæc autem ſolennitas de hæredis inſtitutione an impleta videatur in bonorum poſſeſs. dubitari poſſet.

23 Vnde rupto per contra tabulas teſtamento, q̃ hæres directus non videatur remanere, & conſequẽter quòd in eius perſona cond. de dando hæredi impleri non poſsit, not. Soci. in. l. qui hæredi. §. 1. de cõdi. & dem. col. 1. Et aduerte, nam q̃ cond. ſi hæredi decem dederit, non poſsit in perſona hęredis ſcripti rupto per contra tab. teſtamento, ſed q̃ debeat impleri in perſona contratabulantis, qui licèt hæres directus non ſit, eſt tamen hæres vtiliter, omnes fatentur, & Soci. in. l. qui hæredi. §. cùm hæreditas. ſuprà alleg. per. l. is qui in poteſtate. §. fi. de leg. pręſt. ff. & l. 4. de condi. & dem. ff. quod & ipſe planè fateor. Sed dum Socin. in dict. §. cùm hæreditas. col. 1. poſt. Alex. & quoſd. antiquos, quos ipſe refert, tenet, q̃ hæres ſcriptus rupto per contra tab. teſtamento, hæres adhuc

Cond. q̃ hæredi dando an poſsitim pleri in bonorum poſſeſs.

directus manſit, id omnino nego, quod nulla lege probatur, imò contrariũ apertè probat dict.§.cùm hæreditas. dum ait, quòd.d.cõdi.de hæredi dando, implenda eſt in perſona heredis ſcripti, qui compulſus adiuit hæreditatẽ, & per talem aditionem etiam coactam, & fideicommiſſum vniuerſale confirmatur, vt ibi.&. l. ita tamen.§.qui ſuſpectam.ad Trebel.& tabulæ pupillares confirmarentur. vt in.l.2.§. interdum. de vulga. l. apud Iulianum.§. idem Iulianus.ff. ad Trebell. & cond. de dãdo hæredi per talem aditionem etiam coactam implenda eſt in perſona huius hæredis, qui coactus adiuit. vt dict.§.cùm hæreditas. licèt per hoc ex illa hæreditate nil emolumenti habere poſsit. vt dict.§. qui ſuſpectam. ex quibus effectibus patet, quòd qui adiuit hæreditatem, directus manſit, teſtamẽtumq; ſua aditione confirmauit, ergo mirũ non eſt, ſi in eius perſona cond. implenda eſt. & iſte eſt verus intell. ad dict.§.cùm hæreditas. At in l.is qui in poteſtate.§. fin. ff. de leg. præſt. condi. in perſona hæredis ſcripti impleri non potuit, quia non manſit hæres directus, vt probauit Soci. in.d.§. cùm hæreditas. col.1. Et vltrà ibi dicta adde, q̃ quãdiu contra tab. peti poteſt, ceſſat bo. poſſ. ſecundùm tab. l. illud.§. fin. ff. de contra. Vnde cùm in.d.§.fi.& contra tab. peti potuerit, & petita fuerit, cõſtat, q̃ hæres ſcriptus nunq̃ adiuit, ergo hæres directus nõ exiſtit. Nec enim ſufficit ſcriptum eſſe, vt dicatur hæres directus, niſi & adierit, vt ibi patet ad ſenſum. vt. l. cùm hæredes. ff. de acqui. poſſ. ideo cond. ſi hæres nõ erit, verificatur in hærede ſcripto, qui nunq̃ adiuit. l. ſi paterfa. ff. de hær. inſt. cõd. ergo de hæredi dando, in perſona hæredis ſcripti impleri non potuit in dict. l. is qui.§. fi. quia ille nunquàm adiuit, ſicque hæres directus nũquàm extitit. Et quòd in eius perſona impleri non potuerit, probatur pulchra ratione. Nam cõd. de dãdo hæredi, non poteſt impleri antequàm ipſe adeat hæreditatem. l.3.§. ſi quis hæredi. ff. de ſtatu lib. quaſi antequàm hæreditatem adeat, hæres exiſtere nullo modo videatur. ergo. &c. Stat ergo, quòd in dict.§. fi. hæres ſcriptus nunquàm extitit hæres directus, & conſequenter in eius perſona cond. impleri non potuit, vnde ſupereſt, vt impleatur in perſona illius, qui vtiliter hæres extitit, quandoquidem alius hæres directus non erat. Et iſte eſt verus intel lect. illius.§. Sed contra prędicta facit. l.4. de cond. & demõſt. vbi cond. de dando, potuit impleri in perſona hæredis ſcripti adeuntis (contra tabu. enim à patrono intenta ita non infirmat in totum teſtamentum liberti, nec impedit hæredem ſcriptum adire, vt not. per gloſ. & docto. in.l.2.C. de bo. poſſ. contra tabu. lib.) qui de iure prætorio, & ſic vtiliter tantùm hęres eſt. vt.§. quos autem. Inſt. de bon. poſſ. l.2.ff. eod. Sol. Illud ideo, quia conſequẽs eſt, vt quatenus quis onus præſtãdorum legatorum ſentit, eatenus dãdum cond. implendæ gratia accipiat. argumento. d. l.is. qui in poteſtate.§. fin. &. l. Plautius. ff. de condi. & demonſt. l. ſecundùm naturam. ff. de reg. iur. ita Soci. in. l. in conditionibus.§. ſi patronus. colũ. 2. in medio. de cond. & demõſt. ff. & in. l. 4. in prin. eod. & Paulus in dict. l. 4. ſed patronus onus legatorum præſtandorum pro parte ſentit in. d. l. 4. ergo & pro rata ſentire debet emolumentum. Hinc infertur, q̃ ſi legatum in dict. l. 4. eſſet relictum extraneo, vt ſic illud nullatenus patronus præſtare teneretur, tunc dandum cond. implẽdæ gratia nullaten⁹ participaret. Id ſatis probari videtur in. l. Plautius. de cond. & demonſt. nam ibi intelligẽdum eſt decem, quæ fideicommiſſarius conditionis implẽdæ gratia dedit, data fuiſſe non patrono, qui vtiliter tãtùm, ſed hęredi ſcripto, qui etiã directò hæres exiſtit. Idq; confirmatur. Nã onus ad emolumẽtum habet ſe tanq̃ acceſſoriũ ad principale: hinc eſt, q̃ repudiato onere, qđ legato iniunctum erat,

erat, & ipſum legatum repudiatum eſſe videtur.tex.eſt in.l.proinde.& ibi in apoſtilla.ff.ſi cert.pet. q̃ ergo participat onus legati præſtandi, debet etiam participare emolumentum illius oneris reſpectu cõceſſum. Confirmatur, quia correlatiuorum.&c.vt in.l.ſi ex toto.in prin. l. quod in rerũ.§.ſi quid poſt. ff. de leg.1.ſed onus et emolumẽtũ ſunt correlatiua,ergo.&c. Stat ergo, q̃ condi.de dando hæredi non debet impleri in bonorũ poſſeſſore, niſi emolumentum cond.implẽdæ concedatur reſpectu alicuius oneris, cuius oneris ille bonorum poſſeſſor participat.Limit. etiã ſecũdò, niſi de intentione teſtatoris ſit, q̃ verificetur talis cõd. in bonorũ poſſeſſore, nam tunc hæredis appellatione, etiam bonorũ poſſeſſor cõtineretur:quia in conditionibus primũ locum voluntas teſtatoris obtinet.l. in conditionibus. de cond.& dem.tex.in auth.de nuptijs.§.diſponat.ita intelligo.d.l.in cõditionibus.§. ſi patronus.nã ibi te hęredem ſcripſi,abſteq; legatũ relinqui ſub hac cõd. ſi patronus, qui ſcriptus nõ erat, hæres non eſſet, certè illo patrono contratabulãte,defecit condi.nam illa verba (ſi patronus hæres nõ erit)in patrono,qui hæres directò eſſe non poteſt,quia inſtitutus nõ eſt,hũc ſenſum habent,ſi vtiliter hæres nõ erit. Facit optimè.l.ſi paterfa.ff.de hære.inſtit.l.cùm proponas.C.eod.§.fi.Inſt.de vulga. Confirmatur, quia verba ſunt intelligẽda ſecundũ qualitatẽ q̃ſonę,ad quã referũtur, vt docet Soci.in.d.§.ſi patronus.col.2. Firmatur,q̃a aliàs illa verba nõ poſſent verificari,niſi in perſona patroni hæredis vtiliter tãtùm exiſtẽtis,ergo.&c. l.aliquãdo. ff.de leg.1.l.quoties in ſtipu.de verborũ.l. quoties.ã reb. dub.l.ſtipulatio iſta.§.hi q̃. &.§.hæc quoq;.de verb.ob.ff.l.fundus q̃ locatus.ff.de fund.inſtru.l.plenũ.§. equicij.ff.de vſu.& hab. & hoc ſi intelligis, q̃ ibi patronus fuit præteritus. Quid autẽ ſi eſſet inſtitutus,an tũc hæc verba (ſi patronus hęres nõ erit) verificẽtur,cũ patronus hæres nõ exiſtit ex teſtam. vt tunc legata p̃ſtẽtur, etiã ſi patronus abinteſtato q̃ cõtra tab.hęres exiſtat,nã & hoc caſu poteſt intelligi. d.§. ſi patronus. Cogita. Habes etiã ex prædictis,q̃ cond.de dãdo hęredi, nõ verificatur regulariter in bonorũ poſſeſſore,vel alio,q̃ vtiliter tãtùm hęres exiſtat,qñ extat alius hæres direct⁹, in cuius p̃ſona poſsit impleri.vt.d.§. cũ hæreditas. &.d.l.Plauti⁹.qđ fallit dupliciter. Vt ſi nõ ſit alius hæres direct⁹, in cui⁹ p̃ſona poſsit impleri,tũc verificatur etiã in bonorũ poſſeſſore.vt.d.l.isq.in poteſtate.§.fi.Hoc amplius nõ ſolũ in bo.poſſ.vel alio,q̃ vtiliter tãtùm hæres exiſteret,poſſet impleri, ſed etiã in eo,q̃ improprijſsimè hæres eſſet.vt tex.in.l.4.§.ſi ſub cõd.ff.de fideic.lib. Stat ergo, q̃ cõd. de dãdo hæredi,nõ verificatur in bo.poſ.vel alio hærede vtiliter,niſi cũ nullus eſt hæres directus,nam tũc impleri poteſt in bonorũ poſſe.vt in. d.l.is q̃ in poteſtate.§.fi.vel in alio hærede impropriо.vt.d.§.ſi ſub cond.Ratio, vel q̃a cùm alius hæres directus nõ eſt, tũc hæres vtilis pro hærede directo habetur, vt ait Iaſ. in.l.1.§.bonorũ.ff.ad Treb.n.16.poſt Bar. in.l.2.ff.de bo.poſ.Vel q̃ cond.in hærede directo implẽda cũ hæres direct⁹ nullus exiſtit,& relictũ aliquo iure ſpeciali cõſeruatur,implẽda eſt in eo,q̃ ſubrogatur loco illius hæredis directi,quaſi cõd.tranſlata videatur.vt in.d.§.ſi ſub cõdi. Ratio,q̃a ſubrogatus naturã.&c.vt latiſsimè Iaſ.in rubr.ff.de verb.Ex prædictis infero, q̃ dũ Bar.in.l.1.§.bonorũ.ff.ad Trebe.& in.l.in conditionibus.§.ſi patronus.ff.de cõd. & demonſt.ait, quòd cond.de dando hæredi poteſt impleri in bonorum poſſeſſore, id verum eſſe non aliter poteſt,q̃ ſi nullus de iure ciuili hæres directò exiſtat.

24 Hinc etiã infero, q̃ dũ Soci.in.l.in cõditionib⁹.in.d.§.ſi patronus.col.2.ad mediũ Iaſ.in.l.1.§.bonorũ.n.14.ad Treb.aiunt,q̃ cõdi.de dando hæredi ideo verificatur & impletur in bonorũ poſſeſſore in.d.l.is q̃. §.fi.q̃ ſecundùm naturam fuit,vt bonorũ

Cond. ꝺ hæredi dando quando verificetur in bo.poſſ.cõtra doct.

poſſeſſor, qui onus legati præſtandi ſuſtinet, & emolumẽtum illius, qđ cõd. implẽ dæ cauſa datur, perciperet, q̃ hoc non eſt verũ, nam eſt contra. d. §. cùm hæreditas. vbi fideicõmiſſarius vniuerſalis, qui legatum in totũ præſtat, datum tñ cond. implẽdæ cauſa, nullatenus percipit, eo q̃ eſt alius hæres directus, in cuius adeũtis perſona cond. impleretur. Verus ergo intell. ad dict. l. his qui. §. fi. eſt, q̃ cond. ibi in perſona bonorũ poſſeſſoris impletur, q̃ nullus hæres directus ibi extitit, in cuius perſona cond. impleri poſſet.

Confirmãtur iſthæc, quia conditio inducit formã præciſam, quã prætermittere nulli licet. l. Mæuius. l. qui hæredi. ff. de cond. & dem. nec dubiũ eſt, quin forma à teſtatore aſsignata omitti nequeat, non magis, q̃ ſi à lege eſſet præſcripta. in auth. de nup. §. diſponat. d. l. in conditionibus. ergo. &c. præſertim cùm nil oberit, q̃ teſtator non adiecerit clauſulã prohib. vel anullatiuã, nam ſufficit q̃ diſpoſitiuè loquatur. argum. l. nõ dubium. C. de legib. & plenè reſoluimus ſuprà. §. 4. nu. 17. per l. virtus. ff. de legib. nam. l. dum imperat & diſponit, formam præciſam inducit, non ſecùs, q̃ ſi vetaret, vt ibi.

25 *Declaratio l. 32. del encabe. ut formæ omiſsio uitiet, licèt ibi diſpoſitiuè loquatur.*

Vnde infertur ſimiliter, quòd diuiſio illius oneris perſoluendi, de quo in lege, ſeu conditione. 32. enel quaderno del encabeçamiento. quæ quidẽ diuiſio fieri debet ſub forma ibi tradita, nulli⁹ momẽti erit, ſi aliter facta fuerit, licèt ibi lex diſpoſitiuè tãtùm procedat, non etiã prohibitiuè, aut anullatiuè, vnde diuiſio aliter facta ipſo iure non ligabit contribuẽtes. Verùm ſi forma illius legis obſeruata fuerit, & contribuentiũ aliquis ſe nimis ex iuſta oneris diuiſione oneratum dicat, & rurſus reuiſio, ſeu refectio, aut ſecunda inſpectio fiat, obſeruata ſimiliter forma illius legis, tunc illi ſecundæ inſpectioni ſtandum eſt, ita vt ad reluctandum nullus aditus ampliùs aperiatur, etiam per modum iuſtitiæ, vt non ſolùm ea ſecunda inſpectio interim executioni mandetur, ſed etiam in poſterum reſcindi non poſsit per ſummos regis rationales. argumẽto. l. 32. & l. 20. & l. 28. & l. 31. eiuſdem quaterni. licèt aliter ſæpe obſeruatũ viderimus. Pro nobis, quia. l. poteſt, & ſolet etiam in iuris imperitos iuriſdict. conferre. l. 5. tit. 15. lib. 2. ord. licèt regulariter contrà. vt. l. 1. eod. titu.

Illud autem ſæpe controuerſum vidimus, quid ſi in tali oneris diuiſione tam prima, q̃ ſecunda, vel etiam in ſecũda tantùm, vel in prima tantùm ea legis forma prætermiſſa fuerit, an per ſummos rationales per modum iuſtitię reſcindi poſsit? Et non dubito quin poſsit, quaſi ea diuiſio minus ritè facta, nunq̃ tranſierit in rẽ iudicatam. Sed an interea executioni debeat mandari, licèt quisq̃ nullitatem ex defectu formæ alleget? Et magis eſt vt debeat, niſi ex ipſis actis nullitas appareat. argu. l. 2. cum ibi notatis. C. quãdo prou. non eſt neceſſe. Ergo ſi ea oneris diuiſio ſemel & iterum, id eſt, tã in prima quàm in ſecunda inſpectione ritè facta ſit, tunc licèt minus rectè fieret, puto, quòd & interea executioni mandabitur, & poſtea per ſummos rationales de eadem re agi, aut cognoſci non debet. Quòd ſi ea diuiſio oneris minus ritè facta fuit, indubitanter per rationales eadẽ de re cognoſci poterit. Sed an interea executioni mandabitur? Et refert, vtrùm ex ipſis actis appareat nullitas, quæ cõſiſtit in formę prætermiſsione, & tunc non debet executioni mandari. argumento. l. 2. cum ibi notatis. C. quando prou. nõ eſt neceſſe. & l. 2. cum ibi not. per glo. & docto. C. de edict. diui Adr. toll. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Treb. Licèt hoc caſu cõtrarium obtinuerit in cauſa inter. d. Petrũ de Luna, & eius vaſallos in villa de Cornago. Quòd ſi ex ipſis actis nullitas, aut legis trãſgreſsio nõ appareat, tunc interea executio fieri debet, ſed poſtea reſcindetur, probato q̃ minus ritè facta fuerit.

Vnde

Vnde ex facto interrogatus cũ poſſeſſor maioratus eſſet condemnatus per iudicis ſententiam minus ritè latam, à qua ipſe non appellauit, reſpondi eam ſententiã iure regio ſibi nocuiſſe poſt lapſum 60. dierum, qui dantur eo iure ad ſententiam nullam dicẽdã. vt lib. 3. ordi. l. 2. tit. 15. eam tamen ſententiam ſequentibus non nocere, quaſi tunc is poſſeſſor maioratus ſimilis ſit ei, qui tranſegit, vel compromiſit, qui actus vt pote volũtarij ipſi poſſeſſori maioratus tantùm, nõ autem ſequentibus nocere ſolent. vt de tranſactione tradũt Iaſ. in l. fi. num. 122. q. 10. C. de fide emphy. Tiraquel. de iure mari tali. gloſſ. 5. num. 295. Paul. in l. cùm ij. §. tranſact. ff. de tranſact. Bald. Alb. & Pine. part. 3. num. 44. in l. 1. C. de bo. mater. per legem. non ſolùm. C. de prędijs minorũ. Et de compromiſſo tradunt Abb. Imol. & docto. in capit. cum tempore. per tex. ibi de arbi. Deci. conſi. 39. num. 4. Iaſ. in l. fin. num. 119. C. de iure emphyt. Deci. cõſil. 44. idem conſi. 475. Capicius deciſio. 93. num. 3. Ripa libr. 2. reſpon. de reſcrip. cap. 7. nume. 12. Socin. iuni. conſi. 77. nu. 77. libr. 1. Et in ſpecie quòd ſententia nulla lata contra poſſeſſorem maioratus ſequentibus nõ noceat, tenet Pinel. de bo. mater. in l. 1. part. 3. num. 50. verſi. limito 5. vtiliter. per l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Quinimò etiam ipſimet condemnato talis ſentẽtia nõ nocebit niſi poſt annos. 30. quo tempore præſcribitur ius dicendi ſententiam nullam de iure communi, ſecundùm eum poſt Matthæ. Afflict. quem refert deciſione. 178. num. 5. Tiraquel. de retract. ligna. §. 36. glo. 2. nu. 37. Vnde opportunè diximus, quòd cũ iure regio per dict. l. 2. titul. 15. libr. 3. ordi. ius dicendi ſententiam nullam præſcribatur. 60. diebus, poſt illos præteritos illi cò nocebit ipſi condemnato, licèt ſimus in maioratu, per quod. d. l. 2. notãter ampliatur, non tamẽ nocebit ſequentibus in gradu per quod dict. l. 2. non minus vtiliter, quàm nouè limitatur.

26 *Intell. l. 2. titul. 15. libr. 3. ordinam.*

27 *Maioratus poſſeſſor ſi uictus non appellatuel ſententiam dicit nullã uel deſinit ꝓbare uel ꝺ tulit iura = mentum ad uerſarionõ ꝓæiudicat ſequentibus*

Quinimò etiam ſi talis ſententia lata eſſet ex iuramento actoris, reo, eodemq; maioratus poſſeſſore deferente, non noceret ſucceſſoribus ſuccumbentis ſecundùm Pinel. vbi ſuprà. qua de re per Alex. in l. ſæpe. num. 131. de re iudi. Quinimò ſi poſſeſſor maioratus nil probauit, cùm probare poſſet, ſententia non nocebit ſequentibus, ſecundùm Pinell. vbi ſuprà. poſt Bal. quem refert in l. 2. C. quibus res iudi. non nocet. Alexand. in dict. l. ſæpe. num. 78.

Denique hoc requiſitum, de hæredis inſtitutione, commune eſt omnium teſtamentorum formalium, vt ex ſuprà dictis patet de iure communi, nam de iure regio dic vt in l. 1. titul. 2. libr. 5. ordinam.

1 HAEredis inſtitutio olim erat caput teſtamenti.

2 *Inſtitutio generalis non comprehendit filium, quem me habere ignorabam, cum communi cõtra Iaſ. & alios.*

3 *Legata an ſint pars teſtamenti.*

4 *Teſtamentum coactè factum, non ualet.*

5 *Teſtamentum ipſo iure non ualet, quando me coëgiſti ut te inſtituerem, contra communem. Idem ſi me coëgiſti ut alium inſtituerem, contra communem cum Iaſ.*

6 *Teſtamentum ui factum, ut ipſo iure non ualeat, contra communem plures concluſio.*

7 *Teſtamentum etiam priuilegiatum uitiari per coactionem teſtantis.*

8 *Teſtamentum uitiatur ipſo iure, ſi hæres teſtatorem coëgit. Regula cum. 20. declaratio. contra communem.*

Declaratio. 1. contra mentem communis opin.
Declaratio. 2. contra mentem communis opin.
Declaratio. 3. contra mentem communis opin.
Declaratio. 4. contra mentem communis opin.
Declaratio. 5. contra mentem communis opin.
Declaratio. 6. contra mentem communis opin.
Declaratio. 7. contra mentem communis opin.
Declaratio. 8. contra mentem communis opin.
Declaratio. 9. contra mentem communis opin.

9 *L. 2. titul. 2. libr. 5. ordinament.*

Declaratio. 11. contra mentem communis opin.
Declaratio. 12. contra mentem communis opin.

10 *L. 4. tit. 1. par. 6. ampliat.*

Declaratio. 14. contra mentem communis opin.
Declaratio. 15. contra mentem communis opin.

Declaratio.16. contra mentem communis opi.
Declaratio.17. contra mentem communis opi.
Declaratio. 18.contra mentem communis opi.
11 L.1.tit.2.lib.5.ordi.
Declaratio.20.contra mentem communis opi.
12 Violentus non ſemper ad reſtitutionem tenetur.
13 Bello capta efficiuntur capientium,cum cõmuni.
14 Ambitus quando interſit.
15 Dignitatem eccleſiaſticam peti non licet, aliud in ſeculari.
16 Pactum de non ſucce.licèt fiat ab eo, qui integram legitimam recipit,non ualet,cum quibuſdam,contra communẽ.
17 Pacto pater non excluditur à ſucceßione filij,licèt integram legitimam receperit.cõtra cõem.
18 Idem iure.ff.contra mentem communis opi.
19 Idem in fratre, cõtra mentem communis opinio.
20 Idem in matre,cõtra mentem communis opinio.
21 Idem ſi mater filium uellet excludere,contra mentem communis opinio.
22 Idem iure regio, contra mentem communis opi.
23 Emancipatio pretio facta, delictum non uidetur, contra communem.
24 Legitimæ imputatur,quod filius hoc pacto accepit,ut à patris ſucceßione abſtineret,contra cõmunem.
25 Intell. l. ſi quando illud. C. de inoffi. teſtamento.
26 Supplementum legitimæ qua actione petatur,& quanto tempore præſcribatur,noua opi.
27 Legitimæ imputatur datum etiam hac lege ne filius patri ſuccederet, contra communem cum altera communi.
28 Idem in filio emancipato, cum communi contra mentem alterius communis.
29 Idem in filio quo ad patrem,cum communi contra mentem alterius communis.
30 Idem in patre agente contra filium, cum communi contra mentem alterius communis.
31 Idem in filio erga matrem,cum communi contra mentem alterius communis.
32 Idem in fratre erga fratrem, cum communi contra mentem alterius communis.
33 Querela non datur,ſed tantùm ſupplementum legitimæ,licèt pater pepigerit cum filio de nõ ſucce.contra communem.
34 Idem ſi tale pactum fieret cum filia,contra mentem communis opinio.
35 Idem ſi tale pactum fieret ab auo, contra mentẽ communis opi.
36 Idem ſi mater ſic conueniſſet cum filio, contra mentem communis opinio.
37 Idem ſi ſic filius uoluiſſet patrem excludere, contra mentem communis opinio.
38 Idem ſi ſic mater filium excludere uellet, contra mentem communis opinio.
39 Idem per contrarium contra mentem communis opinio.
40 Renuntians cum iuramento hæreditati, excluditur etiam à legitima,contra communem.
41 Idem in filiofa.renuntiante,contra mentem communis opinio.
42 Idem in nepote,cõtra mentem communis opinio.
43 Idem ſi nil eſſet acceptum, contra mentem communis opinio.
44 Idem in patre renuntiante,contra mentem communis opinio.
45 Idem in matre renuntiante, contra mentem communis opinio.
46 Idem per contrarium, contra mentem cõis op.
47 Intell.l.pactum.C. de coll.l.ſi quando.§. illud.C. de inof.teſtamento.c.2.de pact.in.6.
48 Pactum inter patrem et filiumf.utile eſſe poteſt, contra Iaſ.Deci.& alios.
49 Hæres an ex quaſi contractu teneatur creditoribus.
50 Intell.§.item is.Inſt.de obli.ex quaſi contract.
51 Teſtator debet ſcribere,uel nuncupare nomen hæredis.
52 Hæredis inſtitutio an ritè fiet ad interrogationem alterius,cum communi contra Iaſ.& alios.
53 Inſtitutio fieri poteſt per relationem ad aliud.
54 Hæredis inſtitutio ad interrogationem alterius facta,ualet,cum communi.
55 Si dixi,Titium ne facis hæredem?& reſpondeas, Facio.an ualeat inſtitutio.
56 Coniecturarum probatio an ſit uera.
Declaratio.1.
Declaratio.2.
Declaratio.3.
L.1.tit.2.lib.5.ordi.
L.4.tit.1.par.6.ampli. (.·.)
Declaratio.6.
Declaratio.7.
Declaratio.8.
Declaratio.9.
Declaratio.10.
Declaratio.11.
L.2.tit.2.lib.5.ordina.
Declaratio.13. (.·.)
Declaratio.14.
Declaratio. 15.
Declaratio.16.
Declaratio.17.
Declaratio. 18.
Declaratio. 19.
Declaratio.20.
57 Illationes plures contra mentem cõmunis opi.
58 Declaratio.l.72. in quaterno alcaua. & an eius trangreßio uitiet.
59 L.44.in quaterno alcaua.

60 Teſtamentum uitiatur cancellatione.
61 Inſtrumentum ſi raſum reperitur, quis præſumatur uitiaſſe.
62 Liberatus non præſumitur debitor eo ſolo, quòd inſtrumentum debiti ſit apud eum.
63 Occultans inſtrumentum perdit ius ſuum.
64 Inſtrumentum uitians eo iuuari non poteſt.
65 Inſtrumentum uitiatum falſum præſumitur.
66 Intellect. l. fin. titulo de las excepcion. libr. 3. ordinament.
67 Inſtrumentum ſi falſum dicatur, nil probat, cũ communi.
68 Intell. l. 115. & l. 118. titul. 18. partit. 3.
69 L. 2. titu. 8. libr. 1. fori. l. 9. titu. 19. part. 3. nu. 69.
70 Declaratio. l. 37. del encabe. ut formæ omiſsio, quæ addit pœnam, non uitiet actum.
71 Teſtamentum ſecundum non ualet, ſi in primo teſtamento erat clauſula derogatoria.
72 Clauſula irritans appoſita in teſtamento infirmo, non eſt inutilis.
73 Teſtamentum primum reuocatur per ſecundũ, etiam inutile, ſi inter primum & ſecundum decennium præterijt.
74 Teſtamentum an pœnitentia reuocetur, noua declaratio.
75 Intellect. l. ſancimus. C. de teſtament.
Declaratio. 1.
Declaratio. 2.
Declaratio. 3.
Declaratio. 4.
Declaratio. 5.
Declaratio. 6.
Declaratio. 7.
Declaratio. 8. (.ſ.)
Declaratio. 9.
76 L. 2. titul. 2. lib. 5. ordin.
Declaratio. 11.
Declaratio. 12.
Declaratio. 13.
77 L. 4. titul. 1. part. 6. ampliat.
Declaratio. 15. (.ſ.)
Declaratio. 16.
78 L. 1. titul. 2. libr. 5. ordinament.
Declaratio. 18.
Declaratio. 19.
Declaratio. 20.
79 Hæredis inſtitutio in rebus alienis an fieri poſſit.
80 Teſtari poſſunt de rebus alienis de conſenſu domini, neque pœnitentia illius, qui ſemel conſenſit, admitteretur.
81 Teſtamentum fieri debet per dominum hæreditatis, cum communi.
82 Captatoria uoluntas quid.
83 Capt. uol. fauore piæ cauſæ ſuſtinetur, cum communi.
84 Capt. uol. non ualet. Fallit in. 15. caſibus.
85 L. 4. titu. 1. part. 6. limit. l. 4. titul. 14. libr. 2. ordinament.
86 Declara. l. 2. titul. 2. libr. 5. ordinament.
Ampl. 6.
Amplia. 7.
Ampl. 8.
Amplia. 9.
Amplia. 10. (.ſ.)
87 L. 5. titul. 1. part. 6. decla.
Amplia. 12.
Amplia. 13.
Amplia. 14.
Amplia. 15.
88 Capt. uolun. ualet ex permiſsione legis, cum cõmuni contra nouiſsi.
89 L. 31. Tauri.
90 Teſtari ut mulier nequeat ſine interuentu conſanguineorum, lege induci poteſt, cum cõmuni.
91 Procuratoris conſtitutio non extinguit ius eum conſtituentis.
92 De eadem re.
93 De eadem re.
94 Mandatum per mutationem ſtatus quando uideatur reuocatum, cum communi.
95 Mandatum recipiendæ ſolutionis deſcendens ex contractu duorum, nunquàm reuocatur per mutationem ſtatus, etiam in deterius, contra communem.
96 Mandati an teneatur ſolutioni adiectus, cũ multis contra magis communem.
97 Intellect. §. planè. Inſtit. de inut. ſtipul.
98 Mandatum ualet, licèt initio non interſit mandatoris, contra communem. Aliud in ſtipulatione, etiam ſi poſtea intereſſe receperit, contra cõmunem.
99 Teſtamentum à mandatario ſi fiat, an uitietur teſtamentum factum à domino hæreditatis de iure regio.
100 Intellect. l. 31. Tauri.
101 L. 3. titulo de las donacio. libr. 5. ordinament.
102 L. 2. & 3. titu. 3. libr. 4. ordinament.
103 L. 4. titul. 2. libr. 4. ordinament.
104 L. 3. titul. 12. libr. 3. ordinament.
105 Vectigalis lanarum impoſitio.
106 Teſtamentum requirit conſummatam uolũ.
107 Succeſsio abinteſtato multiplex.
108 Emancipati præteritio iure. ff. non uitiat teſtamentum, cum communi.
109 Succeſsio reperitur aliter quàm ex teſtamento, uel abinteſtato.
110 Succeßio ſingularis eſt in multiplici differentia.
111 Legatum an ſit pars teſtamenti, contra cõem.

112 Partes cuiuſq; ſunt in multiplici differentia.
113 Legata ut pars teſtament. uideantur.
114 Legatum eſt donatio.
115 Legata res ſi tradatur, non poteſt legatum reuocari, ſecundùm communem, nos contrà cũ Alb.
116 Pro legato non act. perſonalis, ſed fam. herciſc. datur, cum Theophi. contra communem.
117 Aditione hæreditatis hæres obligatur creditoribus & legatarijs, ipſi tamẽ hæredes inter ſe nõ obligantur, cum communi.
118 Intell. l. cùm pater. §. cuictis. ff. de legat. 2.
119 Intellect. §. noſtra. Inſtitu. de legat.
120 Intell. §. noſtra. Inſtit. de legat. Eſtq; noua decl.
121 Legatum relictum per ſinendi modum, an haberet olim actio. contra communem.
122 Legata & fideicom. an ſint exæquata.
123 Libertas ſub conditione, ſi hæres uolucrit, per fidei. non per legatum relinqui poterat, cum Cuman. contra communem.
124 Libertatem fideicommiſ. inducunt illa uerba, iubeo hæredem libertatem dare. cum communi cõtra Corne.
125 Legatum peto actione reali & etiam perſonali ſimul contra gloſ. appr.
126 Fideic. an olim iure actionis peterentur.
127 Legata codicillis an reliquantur, contra cõem.
128 Legatæ rei fructus ut debeantur.
129 Legata pecunia circunſcripta loco, uſuræ, quæ currebant uiuo teſtatore, non debentur, contra communem.
130 Legans non refert dixit quod reſtabat, an quod reſtiterit, contra Paul. & Alexand.
131 Dominium legati ſtatim poſt mortem teſtantis tranſit in legatarium. Limit. 17. modis.
132 Legati taciti dominium tranſit in legatarium, cum communi contra alteram communem.
133 Intellect. §. præterea. Inſti. de fid. hær. & pr. Inſti. de ſing. rebus. Vnde plura noua inferuntur.
Declaratio. 1.
Declaratio. 2.
Delaratio. 3.
Declaratio. 4.
Declaratio. 5.
Declaratio. 6. (.?.)
134 L. 2. tit. 2. lib. 5. ordin.
Declaratio. 8.
Declaratio. 9.
Declaratio. 10.
135 L. 4. tit. 1. par. 6. ampliat.
Declaratio. 12.
Declaratio. 13.
Declaratio. 14.
Declaratio. 15.
Declaratio. 16.
Declaratio. 17 (.?.)
Declaratio. 18.
Declaratio. 19.
136 L. 1. titul. 2. lib. 5. ordinament.
Declaratio. 21.
Declaratio. 22.

DEinde &. 21. requiritur, quòd hęredis inſtitutio præcedat reliqua in teſtamento contenta. arg. text. in. l. 1. cum ibi notatis per Imol. & Cuman. ff. de hæredibus inſtituendis. & per text. in. §. ante hæredis. Inſtit. de legatis. quæ iura hodie ſunt antiquata, & correcta, & ſic hodie id requiſitum neceſſarium nõ eſt. vt in. l. præpoſteri. & in. l. ambigui. C. de teſtamen. & in dict. §. ante hęredis. Sed hæc obſeruatio licèt regulariter ſublata ſit, remanſit tamen in teſtamento cæci, cuius teſtamentum non valet, niſi incipiat ab hæredis inſtitutione, quam tamẽ impugnamus alibi. Id tamen requiſitũ olim in vtroque teſtamento formali neceſſarium erat. *Hæredis inſtitutio olim erat caput teſtamẽti.*

Deniq; hoc requiſitum fortè non requireretur in pluribus quàm. 20. caſibus vel teſtamentis informibus, quæ enumerauimus ſuprà. §. 11. ante finem. per rationes ibi nouiſsimè ſignatas, vbi vide.

An autem inſtitutio hæredis fieri poſſit coniecturis, vide notanter per Eman. de Acoſta in. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. de liberis & poſthum. in part. 1. num. 21. & in par. 3. num. 14. & num. 17. latè Pariſius conſi. 3. lib. 2. nu. 38. Et vt interſit teſtatoris, quòd valeat hæredis inſtitutio, & cum teſtamento potiùs, quàm abinteſtato decedere, vide per Alexan. conſil. 119. num. 3. libr. 6.

2 Illud autem dubium eſt, an ſi teſtator omnes filios ſuos hæredes inſtituat, videatur inſtituiſſe eum filium, quẽ ſe habere ignorabat, vel mortuum eſſe putabat. Qua in re communis opin. eſt, quòd is inſtitutus non videatur. per text. in. l. ſi quis ita. §. penult. ff. de teſtament. tut. vbi qui *Inſtitutio generalis nõ comprehendit filiũ quẽ me habere ignorabam, cum cõmuni cõ*

tra Iaſ. & alios.

qui generaliter, vel indefinitè filijs ſuis tutores dedit, licèt ex vi, & proprietate verborum etiam eum filium comprehenderit, quem ſe habere ignorabat, tamen ex ſententia, quæ præualet, non videtur eum comprehendiſſe. Vt quemadmodum quando plus ſenſu quàm verbis cõprehenſum fuit, ſtamus ſenſui, & nõ verbis, vt ſic fiat extenſio. vt in. l. cùm auus. ff. de cond. & demonſtra. ita quoq; per contrarium quando plus verbis quàm ſenſu comprehenſum fuit, reſtrictio fit verborum, vt verba ad ſenſum rediganter. vt in dict. l. ſi quis ita. §. penult. ita tenent Dinus & Bart. ibi. & tenet gloſ. in. l. Titius. in princip. in gloſ. fin. ff. de libe. & poſthum. quam ſequũtur ibi Dinus, Cuman. & Nicolaus de Neapoli. & Bald. in l. ſicut. C. de teſtamento militis. & Cinus in. l. ſi pater. C. de hæredibus inſtit. & eſt cõmunis opi. ſecundũ Iaſ. in dict. l. ſicut.

Contrariam ſententiam tenent Paul. & Iaſ. colum. 2. in dict. l. ſicut. Imol. Paul. & Alexan. in dict. l. Titius. in princip. per text. in. l. 3. C. de inofficioſo teſtamento.

Sed certè prior ſentẽtia verior eſt. Nã in. d. l. 3. filius infans, qui præteritus fuit, non potuit ingratus exiſtere erga matrẽ, non ſic in filio maiore. Præterea tempore illius. l. 3. per præteritionem matris erga filium non vitiabatur ipſo iure teſtamẽtum, ſed mero iure valebat, licèt querela reſcindi poſſet. vt in. §. mater. Inſtit. de exhæredatione liberorum. Non ſic in præteritione patris erga filium, quæ ipſo iure vitiat teſtamentum. in princip. Inſt. de exhæredatione liberorum. l. inter cętera. l. ſi filius qui in poteſtate. ff. de liber. & poſthum. Vnde quod ab initio ſemel valuit, longè faciliùs ſuſtinetur, q̃ quod ab initio fuit omnino nullum. argumento text. in. l. patre furioſo. ff. qui ſunt ſui vel alieni iuris. multaq; per Iaſ. ibi.

3 Legata an ſint pars teſtamenti.

Illud autem dubium eſt, an legata teſtamento relinqui neceſſe ſit, quaſi ſint pars etiam teſtamẽti? Qua in re ſunt qui putent non eſſe partem teſtamenti, cùm legata poſsint adeſſe, & abeſſe præter teſtamenti corruptionem, vel teſtator poſſit facere teſtament. licèt nulla legata relinquat. vt in. l. 1. §. qui neque legaturus. ff. de hæred. inſtitu. & illa dicitur pars, ſine qua ſuum totum conſiſtere non bene poteſt. l. malum. ff. de verbo. ſigni. adhuc tamen legata videntur pars teſtamẽti prædicamentalis, ſecundùm Alexand. Socin. & Ripam num. 6. in rubr. ff. de legat. 1. Iaſ. tamẽ ibi num. 5. tenet, quòd ſint pars accidentalis tantùm. Et iſtam opin. Iaſ. puto veram, poſtquàm teſtament. eſt perfectum: quia licèt tunc repudietur legatum, teſtament. nihilominus valebit, cùm hæredis aditione confirmetur teſtamentum, non agnitione legatariorum. vt. l. 2. §. adeò. ff. de vulgar. & pupil. Item vera eſt, antequàm conſtet teſtamẽ. eſſe perfectum. Si tamẽ & inſtitutio iam proceſsit, nec conſtat teſtatorem legare voluiſſe. vt. l. ſi quis cùm teſtamentum. verſicul. Labeo. de teſtament. vbi poſt inſtitutionem hæredis non aliter dicitur imperfectum eſſe teſtament. quàm ſi conſtet teſtato. ſubſtituere, vel fortè legare voluiſſe: nam ſi conſtat, bene dicitur imperfectũ. Et licèt text. loquatur, quando conſtat teſta. ſubſtituere voluiſſe, idẽ puto & quando cõſtat legare voluiſſe, quia ead. ratione dici debet imperfectum eſſe teſtam. cũ eſſet iniquiſsimum totam ſubſtantiam ferre hæredem contra voluntatem teſtatoris legare, vel fideicommi. volentis. Facit quod ibi ait Iaſ. quòd forma teſta. cõcluditur in vltima litera. ergo. &c. Item nil actum eſſe intelligitur, dum aliquid ſupereſt addendum. l. penultim. in fin. C. de his quibus vt indig. ergo. &c. Et id perfectum eſt, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. l. 1. de origi. iuris. ergo &c. Itẽ teſtam. eſt actus indiuiduus l. furioſum. C. qui teſt. face. po. &. d. l. ſi qs cum. ergo qui partẽ fecit, nil egit. l. ſi is q §. quidã. ff. ad leg. falcid. l. in executione.

§. ſecũ

§.ſecunda.ff. de verborum obligat.Item in indiuiduis niſi in ſolidum peccari nó poteſt.l.4.§.Cato. &.l.2.§.item ſi in facto eodem.& facit.l.ex ea ſcriptura.de teſtament.&.l.fideicommiſ.in princip.de legat.3.ergo magis corruet ſolénitate voluntatis pro parte deficiéte.Et huic rationi non cadit reſpon.Et facit.l.1.§.diem.ff. de edendo.l. eum qui ædes.de vſucapi.l. malum.de verborum ſignifica.Nó obſt. quod ait Iaſ.Nam fateor ſubſtitutionem teſtaméti partem eſſe principaliorẽ legato quo ad firmandum teſtamen.quia ab ea teſtam.incipere poteſt,& nó à legato, tamen quo ad infirmãdũ teſtam.legatũ, & quælibet alia teſtaméti pars etiam minima ſufficit pariter atque maxima.Habes ergo, quòd legatũ eſt pars etiam ſubſtantialis teſtament. poſtquàm & teſtament.eſt cœptum,& conſtat teſtatorem legare voluiſſe: ſecùs ſi non cõſtat,vel teſtam.erat iam perfectũ.Infero declaratione ad.l.1.§.diem.ff. de edend.Nã ibi licèt ſine die ſtipul.eſſe poſſet, tñ ibi dies pars eſt ſtipulationis, qa adiecta fuit, & idẽ ſi adiecta non eſſet, ſi tamẽ pactum erat vt adiceretur, nam & tunc dies etiam non adiecta pars diceretur ſubſtantialis, vel integralis ſtipulationis,ſine qua ſtipulatio cõſiſtere nó poſſet.vt.l.ita ſtipulatus. in pr.ff.de verb. ob. Et hinc infero intel. ad.l.ſcaphã.ff.de euict. & ad.l. granaria. ff.de act.empt. vbi gubernacula nauis licèt antequàm adijcerétur pars nauis nó viderentur, tamen poſtq̃ adiecta fuerũt, pars eſſe dicuntur.ſ.accidentalis.Itẽ granaria, pars domus poſtquàm ſunt adiecta,videntur, antè verò, nó. Ita ſentit gl. 1.in.l.malũ.de verb. ſig.licèt gloſ.2.ibid. aliter ſentiat,& malè.

4 *Teſtamẽtũ coactè factũ non ualet.*

Deinde &. 22. requiritur, q̃ teſtator nó fuerit coactus.Iſta eſt vera & cõis opinio vt latè reſoluit Guiliel. Bened. in.c.Rainutius.de teſtam.in verb.cõdidit.el.2.in pr.Bar.in.l.fi.ſi quis aliquẽ teſtari prohibuerit.ff.facit quę tradunt Ang.in.§.quadrupli.Inſtit. de actionibus.Abb.in cap. 1.&. c. cùm cauſam. de officio delegati. Bart.poſt gloſ.ibi in.l.1.§.quæ onerandę. ff.quarum rerum actio non detur.Emanuel de Acoſta in.l.cùm tale.§.ſi arbitratu.ff.de cond.& dem.pagina.74.num.7. Roma.in.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbor. obligat.Bal.in.l.fin.nu. 15.C. de pact. Decius in. l. pactum. nu.6. C.de colla.Facit tex.in.l.teſtaméti.C. de inof.teſtam.vbi per omnes doct.l.1.C.ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. & ibi omnes doctor. & in.l.2.eodem titulo.& per totum.ff.eod.Anchar. conſi.62.Duplici reſpectu.Bald.conſ.26.Punctus.parte.3.idem Bal.conſi.350.Proponitur. parte.3.Corne.conſi.319.In hac conſultatione.libr.4.Corn.notabiliter conſ.110. Licèt.num.tertio.libr.4.

5 Deniq; hac in re conſidera,q̃ quando quis cõpellitur vi,vel metu ſatis efficaci, vt faciat teſtamentũ,tunc id teſtamentũ nó deſinit valere.Quod procedit in duobus caſibus.Primus,quãdo ille violẽtus coëgit me,vt eũ hęredẽ inſtituerẽ.Secundus,qñ coëgit me, vt aliũ tertiũ hæredẽ ſcriberẽ.Ita ſentit gl.in rubr.ff. ſi quis aliquẽ teſtari ꝓhibuerit.Licèt his caſib⁹ ſcriptis hæredibus hæreditas auferatur,& fiſco applicetur.& ita tenet Bar.in rubr.& in.l.fi.ff. ſi quis aliquẽ teſtari ꝓhibuerit. quẽ ibi ſequũtur doct.cõmuniter. tenet gl.in.l.2.C.eod. quam ibi ſequuntur Cuman.& Paul.qui hanc dicit cõem ſententiam.ſequũtur ſimpliciter Alexan. & expreſsim Corn.ibi in.l.1.nu.1.latiùs per eũdem Corn.cõſ. 110. Licèt.col.1.lib.4.Sed contra iſtam cõmunem ſentẽtiam tenet ſolus Iaſ.in dict. rubr.C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit.cuius opinionẽ contra communem auſim veriſſimam dicere.per tex.in.l.qui teſtamento.§. fi.in fin. ff.de teſtam. vbi quando teſtis teſtamentarius compulſus fuit adeſſe teſtamento,tunc teſtamentum eſt ipſo iure nullũ,quia in hac materia voluntas coacta,

Teſtamentum ipſo iure non ualet quando me coëgiſti ut te inſtituerem cõtra communẽ. Idem ſi me coëgiſti ut alium inſtituerẽ cõtra communem cumla ſo.

non

non eſt voluntas, quinimò pro nolunta te habetur. vt ibi, quod longè fortiùs locum vẽdicat in ipſo teſtatore, vt de ſe patet. Deinde vt coactio vitiat matrimonium ipſo iure. capit. gemma. de ſponſal. cum ſimilibus. ita quoque debet vitiare teſtamentum, ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà. quia in hac materia à pari vidẽtur procedere matrimoniũ, & teſtamẽtũ. arg. text. in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. iuncta. l. Titia. in pr. eod. tit. & iunctis ijs, quæ habentur per Bart. in. l. ſi quis ꝓ eo. ff. de fideiu. Tertiò, quia in teſtamẽtis liber ſtilus & volũtas eſſe debet l. 1. C. de ſacroſ. eccle. ſed in ſpecie noſtra non eſt illa libertas, ergo non eſt teſtam. Quartò, quia teſtamẽtũ eſt volũtatis noſtræ ſentẽtia. l. 1. ff. de teſtam. ſed in ſpecie noſtra nõ eſt volũtas teſtatoris, ſed eius, qui eũ coëgit, ergo non eſt teſtam. Quintò, quando teſtamentũ eſt imperfectũ ratione volũtatis, etiã in minima ſui parte, tũc vitiatur ipſo iure. l. ſi quis cũ teſtamẽtũ. ff. de teſtam. adeò, vt etiã inter liberos nõ valeat. vt notatur ꝓ gl. & cõiter doct. in. l. fi. C. fam. her. ergo ridiculũ eſſet dicere, ꝙ valeat teſtamentũ in ſpecie noſtra, in qua eſt defectus totius voluntatis. Et hęc pars adeò vera eſt, vt contraria nobis ridenda videatur. Neq; ad rem pertinet. l. 1. C. ſi quis aliquẽ teſtari prohibuerit. in qua iacet vnicũ fundamentũ cõis op. Nã ille tex. nihil probat. vt fatetur ibi Corn. nu. 1. in fi. licèt ſequutus ſit cõem ſententiam, & tunc demũ fiſco locus aperitur, quãdo mero iure hęreditas delata fuit ei qui violentiã fecit: quale eſt, cùm is, qui primum locum tenet abinteſtato, teſtatorem teſtari prohibuit, vt ſibi hæreditas abinteſtato deferretur, prout realiter delata fuit: vel quando hæres priore teſtamento ſcriptus, prohibuit teſtatorem ſecundum teſtamentum facere, quo caſu ex vi primi teſtamenti, quod re vera mutatum non fuit, ſibi defertur hæreditas, quæ ei adimitur, & fiſco applicatur. Cæterùm in ſpecie noſtra, cùm defuerit libera teſtatoris voluntas, neque teſtamentum ab initio valuit, neque hę redi ſcripto ex tali inutili teſtamento hę reditas defertur, neque ei aufertur, vt fiſco applicetur, ſed remanebit penes legitimos hæredes teſtatoris, ne delictum alterius eis immerentibus noceat. contra text. in. l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inofficioſo teſtament. Quæ ratio adeò ęqua, & pia eſt, vt ſola ſufficiat ad huius partis tuitionem.

Teſtament. ui factũ ut ipſo iure nõ ualeat, contra commitnem plures cõcluſiones.

6 Stat ergo contra communem, quòd ſi compuli teſtatorem, vt me hæredem faceret, teſtamentum eſt ipſo iure nullum. Deinde, quòd ſi teſtatorem coëgi, vt alium hæredem faceret, teſtamentum ſimiliter eſt ipſo iure nullum. Vnde tertio loco infertur contra communem, quòd mihi vel illi hæredi inſtituto non defertur hæreditas, etiam mero iure. Vnde quarto loco infertur contra cõmunem, quòd talis hæreditas mihi vel illi per fiſcum auferri non poteſt, cùm nobis nunquàm delata fuerit. Quinto infertur contra communem, quòd talis hæreditas defertur abinteſtato venientibus, quo caſu ſi ille violentus abinteſtato primum locum tenebat, ei hæreditas per fiſcum aufertur. Deniq; hoc requiſitum, vt patet, commune eſt omnium teſtamentorum formalium.

Teſtament. etiam priuilegiatum uitiari per coactionem teſtantis.

7 Quod autem diximus, teſtamentum vi, aut metu factum non valere, procedit non ſolùm in teſtamẽtis ſolennibus, ſed etiam in teſtamentis priuilegiatis, aut imperfectis, quæ iure ſingulari ſuſtinentur. argumento. l. ſi quando. C. de inofficioſo teſtamento. bonus text. in ſimili in. l. vndecima. titulo. 10. libr. 6. ordinament. vt ſic eorum teſtamentorum priuilegia ſecundùm ius commune vt debent interpretentur. capitul. cauſam quę. de reſcript. vbi Panormitanus, & alij. Alexand. conſi. trigeſimotertio. libr. primo. Iaſo. & alij in dict. l. ſi quando. Et

quia cùm ex gratia data fuerit teſtandi facultas, vt ex communi opinione reſoluimus in.§.2.in princip.non debent plura ſpecialia concurrere contra.l.1.cum ibi notatis. C. de dotis promiſsi. Et quia lex generalis omnes perſonas vtcunque priuilegiatas, omnesque caſus etiam ſingulares comprehendit, niſi hac in parte reperiantur habere peculiare priuilegium, & prouiſionem.l.in fraudem.§.fi. ff.de milit.teſtamento.l.1.&.2. ff. de leg. capit.erit autem lex.4. diſti.l.1.&.3.titul. 4.libr.1.ordinament. & ex communi opinione reſoluimus in.§.35. num.5.

8 Et hanc cõcluſionem, vt per coactionem teſtantis omne teſtament.etiam priuilegiatum vitietur non ſecùs, quàm reliqua teſtamenta regularia & ſolennia, variè intelligere debemus.

Teſtament. uitiatur ipſo iure, ſi hæres teſtatorem coegit. regula cum. 20. de clara. contra cõmunem.

Primò intellige in teſtamento facto, vbi deeſt copia teſtium, vel hominum. vt in ſimili ſcripſimus.§.24.nu.5. quod ſic intelligendum eſt, vt & hoc caſu teſtamentum vitietur ipſo iure contra mentem communis opin.

Declarat.1 contra mentem cõmunis opinio.

Secundò intellige in teſtamẽto facto coram epiſcopo, retenta opi. quorundã, qui putãt in tali teſtamento remitti ſolẽnitatẽ. Et ſic quod ſcripſimus.§.44. n.10. intelligendum eſt. Nam & hoc caſu ſimiliter contra mentem cõis op. per teſtãtis coactionem intelligimus teſtamen. ipſo iure vitiari.

Declara.2. contra mentem cõmunis opinio.

Tertiò intellige in teſtamẽto facto ruri. Et ita quod docemur in.§.22.num.29. intelligendum eſt.

Declara.3. contra mẽtem cõmunis opinio.

Quartò intellige in teſtamẽto facto tẽpore peſtis. Et ſic intellige qd̃ ſcripſimus §.22.n.35. vt & hoc caſu teſtatore coacto teſtam.ipſo iure vitietur, quod eſt contra mentem communis opinio.

Declara.4 contra mẽtem cõmunis opinio.

Quintò intellige in teſtamẽto, quod fieret in carcere tyranni. Et ita illa materia, vt alibi docemur, intelligitur.

Declara.5. contra mẽtem cõmunis opinio.

Sextò intellige in teſtamẽto, vbi legitimi hæredes ſcripti eſſẽt. Et ita quod ad monuimus in.§.22. in pr. eſt intelligẽdũ.

Declara.6 contra mẽtem cõmunis opinio.

Septimò intellige in teſtamẽto facto in loco hoſtili. Et ita quod ſcripſim⁹ in.§.24.nu.9. eſt intelligendum: nam & hoc caſu ſi hæres ſcriptus coëgit teſtatorem, ipſo iure teſtament. vitiatur contra mentem communis opinio.

Declara.7 contra mẽtem cõmunis opinio.

Octauò intellige in teſtamento facto coram presbytero parochiali. Et ita quod docemur in.§.22.nu.27. eſt intelligendũ.

Declara.8. contra mẽtem cõmunis opinio.

Nonò intellige in teſtamẽto patris f. teſtantis inter liberos. Et ita intellige qd̃ ſcripſi in.§.21.num.45.&.l.7.titul.1.part. 6.quæ ſic ampliatur, nam & hoc caſu teſtatore coacto, teſta. ipſo iure nullũ eſt.

Declara.9. contra mẽtem cõmunis opinio.

9 Decimò intellige in teſtamento peregrini. Et ita intellige quod admonuim⁹ in.§.24.num.4.& ita.l.2.titu.2.libr.quinto.ordinament. eſt intelligenda.

L.2.titul.2. libr.5.ordi.

Vndecimò intellige inteſtamento ad pias cauſas. Et ita accipias qd̃ docemur in.§.22.num.1.vt per coactionem.&c.

Declar. 11. contra mẽtem cõmunis opinio.

Duodecimò intellige de iure etiã canonico. Et ita intelligas capit. cùm eſſes. & capit.relatum.1.de teſtament.

Declara.12 contra mẽtem cõmunis opinio.

10 Decimotertiò intellige in teſtamẽto milit. Et ita intelligendũ quod docemur in.§.24.n.18.&.l.4.tit.1.par.6. quæ ſic ampliatur, nã & hoc caſu ſi hæres coëgit teſtantem, teſtam. ipſo iure infirmum eſt.

L.4.titu.1. part.6. ampliat.

Decimoquartò intellige in teſtamento facto ab habente merũ imperium vbi teſtabatur. Et ita intelligo quod ſcripſimus.§.22. num.28.

Declar.14 contra mentem cõmunis opinio.

Decimoquintò intellige in teſtam.facto apud acta iudicis. Et ita intelligas qd̃ ſcripſimus in.§.24.numer.7. quaſi etiam tunc per coactionem teſtatoris. &c.

Declara.15 contra mentem cõmunis opinio.

Decimoſextò intellige inteſtamento facto à principe, quod cum minore ſolẽnitate quàm regulari valet. Et ita accipias quod ſcripſimus in.§.26.num.1.quaſi & hoc caſu. &c.

Declar.16. contra communem op.

Decimoſeptimò intelligitur in teſtamẽto habente clauſulã codicillarem. Et ita intelligas text. & quod ibi per Bar. & omnes

Declar.17. contra communem op.

omnes in.l. 1. ff. de iure codicil.l.fin.vbi omnes.C.de codicil.l.fin.titul.12.part.6.

Declar.18. contra communem op. Decimooctauò intelligitur, quando per conſuetudinem remiſſa eſt hæc ſolé nitas.Et ita intelligas quodſcripſimus in §.21.num.44.Quod verum non eſt, vt il licò dicam.

11 *L.1. titu.2. lib.5.ordin.* Decimononò intelligitur,quãdo per legem, vel ſtatutum ſolennitas remiſſa eſſet in teſtamento.Et ita poteſt,& debet intelligi.l.1.tit.2.lib.5.ordin.&.l. fi.tit.12. par.6.ſecundùm quoſd.Quod verũ non eſt. Nã licèt lege caueri poſsit, vt valeat teſtament.cum interuentu teſtium,qui compulſi fuerunt, vt ſuo loco diſſerimus,non tamen ſic, ſi teſtator compulſus eſſet.

Itaq; in omnibus his caſibus,& ſimilibus teſtamenta priuilegiata vitiantur per teſtantis coactionẽ,non aliter,ac vitiarentur teſtamenta ſolennia, & regularia.

Inq; omnibus his caſibus etiã ipſo iure teſtam. vitiari intelligimus, licèt tenẽtes cõmunem, nõ dubiũ eſt in his omnibus ſpeciebus contrarium reſponſuros.

Declar.20. contra mentem cõmunis opinio. Quod&.20.loco etiã procedere intelligo in teſtamẽto vel pacto illo reciproco, quod fit inter cõmilitones ad bellũ pergentes, ſi ſimilis coactio interfuiſſet. Et ſic intelligo text. in.l.licet. C.de pact. Et ſimiliter in his. 20. caſibus cõtra mentem communis opin. intelligo, q̃ hęredi tas fiſco non applicatur,ſed hæredi legitimo ſi innocẽs fuit. Itaq; his.20.caſibus magis eſt vt teſtam. ſit nullum ipſo iure contra mentem communis opin.ſuprà relatæ.Quæ nota, quia nullibi collecta.

12 *Violentus non ſemper ad reſtitutionem tenetur.* Deniq; præterea q̃ his caſibus teſtamentum ſit ipſo iure nullum,etiam ipſe met violentus tenetur, ſecundùm doct. ſuprà relatos iniuriarum. Nam & qui alienum fundũ vetante domino ingreditur,etiamſi aucupandi,venandíue cauſa faciat,iniuriarũ dominó ipſius fundi tenetur.l.diuus.ff.de ſeruit.ruſti.prædiorũ l.iniuriarum.§.fin.ff.de iniuri.§.ſanè.Inſtit.de rerum diuiſione. Verùm licèt iniuriarum teneatur,tamen quod ibi cepe rit,reſtituere nõ tenebitur:etenim incau ſa damni dati nõ venit fera capta in fundo meo, cùm eius dominium ipſe non haberem, & iure gentium occupantis, aut capientis fiat,adeò,vt nec in foro cõtentioſo, nec in foro conſcientiæ id mihi reſtituendum eſſet.vt eſt vera & communis opinio, teſte Angelo & Cantiuncula in.§.feræ. Inſtitut. de rerum diuiſione.gloſſ. Ang. & Paulus in dict.l.diuus. Bart.in.l.prima.§.omnia.ff.de acquiren. rerum dominio.gloſſ. in.l. tertia.ff.eod. titul.Felin.in capit.omnes leges. colum. fin.diſtinctio. prima. facit.l. quia aũt.in princip.&.§.primo.ff.quę in fraud.creditorum.

13 *Bello capta efficiuntur capientium cum communi.* Simile in his,quæ bello capiuntur,nã fiunt capientium, nec cuiquam ſunt reſtituenda.Iaſ.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſtit. & iur.num.24.Couar.in capitul. peccatum.de regulis iuris.in ſexto.part.2.§.vn decimo.num.1.vbi etiam Anchar.num. 15.Thomas.de regimi.princip.lib.tertio. capit.11.Adrianus in.4.de reſtitutione.§. aggredior.Archi.Florent.in.3. part.titu. 4.capit.primo.Ioannes maior in.4. ſententiarum.diſtinctio.15.quæſtio.20.Syluęſter in ſumma.verb. bellum.quæſtio. prima.Ariſtot.libr.1.politi.capit.4.Iaſ.in l.prima.num. 8. ff. de acquirend. poſſeſ. gloſſ.in capitul.ſicut. 3. de iureiurand.l. hoſtes.l.ſi quid in bello.ff. de capti.l.naturalem.§.fina.ff. de acquiren. rerum dominio . Quod licèt etiam in hominibus captis regulariter procedat, vt dictis iuribus,fallit tamen inter Chriſtianos bel ligerantes,vt ex communi opinione reſoluit Couarru. vbi ſuprà.Bart. in dict.l. hoſtes.Abb.& AEgidius Bellam.numeviceſimo. in dict.capitul.ſicut.Salicetus in.l.ab hoſtibus.colum.ſecunda.ff.de capti.Facit.l.3. titul.12. libr.1. ordinament. Facit quod eleganter tradit Ariſtoteles.

libr.1.politicorum. capit.5.dum res belli cas & venatorias æquiparat.

Stat ergo teſtament. vitiari per compulſionem, aut coactionem teſtatoris. Preces autem, & ambitus pro compulſione non habẽtur.

Vnde etiam ſi precibus,& blando ſermone maritus vxorem,vel alium quem libet adduxerit, vt eum hæredem faceret,valet illa hæredis inſtitutio, licèt is, cuius de hæreditate agitur, eſſet mortis cogitatione turbatus. argumento.l.hac conſultiſsima.§. at cùm humana. C. qui teſtament.facere poſſunt. Quod in ſpecie probat tex.in.l.fin.C. ſi quis aliquem teſtari prohib. vel coëgerit. id quod ſuo loco ex profeſſo docebimur.

Vnde ex facto controuerſum fuit in cauſa Iacobi de Manz. qui de certo officio, ſeu honore patriæ ſuæ ſe inueſtiri petierat, & electio ſecundùm eius preces facta fuit,quę ab eius aduerſarijs qua ſi ambitioſa impugnabatur,licèt in eius fauorem prima ſententia lata fuerit.

14 *Ambitus quando interſit.*

Et prima fronte videbatur eam infirmari debere ex ſequentibus. Et primò, quia ab electorib⁹ dictus Iacobus petijt vt eum eligerent ad officium,ſuper quo contenditur,& officia publica non ſunt de iure petenda. l. prima. C. de ambitu. cuius verba ſunt. Nullus omnino principatum,vel numeratum, ſeu cõmentarienſis gradum, vel cætera officia repetere audeat. ad idem text. iuncta gloſſ. in.l.ſi quenquã. C.de epiſcop.& clericis. qui expreſsit,quòd precibus dignitas peti non poteſt. Pro hoc etiam videtur tex tus in.l.prima.ff.de ambitu. ibi. Quòd ſi in municipio contra hanc. l. magiſtratum, aut ſacerdotium quis petierit, per ſenatuſconſultum centum aureis cum infamia punitur.Facit text.in.l. fin.C.ad l.Iuli.repetunt. Et eſt ratio,quia eo ipſo, quòd petit,ambitioſus videtur,& eſt repellendus. l. quæ omnia.ff. de procurat. capitul.in ſcripturis.8.quæſtion.1. Quia

15 *Dignitatẽ eccleſia. peti non licet, aliud in ſeculari.*

priuilegium cõceſſum electoribus,prohibet huiuſmodi preces, ergo nullo modo fieri poterant.

Sed iſtis nõ obſtãtibus (iudicio meo) iuſtam crederem ſententiam. Ad quod induco tex.expreſſum in.l.Barb. ff.de officio prætor. cuius verba ſunt.Barbarius Philippus cùm ſeruus fugitiuus eſſet Romæ præturam petit,& prætor deſignatus eſt. Ecce textum expreſſum dicentem,quòd licet officium petere. Aliqui volunt, quòd iſte textus procedat in vrbe Romana, itaque in ea non habet locum.l.Iulia.de ambitu.Sed hoc reprobat Albericus. quia cùm dictus Barbarius petit præturam à populo Romano, quod probatur ibi, inquantum dicit. cùm etiam potuit populus Romanus ſeruo decernere hanc poteſtatem. ſi non licuiſſet petere, in ambitum incidiſſet, quia in populo Romano locus erat ambitui ſecundùm Iacob.& Bar.in dict. l.prima columna. & probat.l.prima.ff. de ambitu.dum dicit. Hęc.l.hodie in vrbe ceſſat,quia ad curam principis magiſtratus creatio pertinet, non ad populi fauorem. Ex quo colligitur,quòd quando populus magiſtratus creabat, ambitus erat: quanuis in hoc contrarium dixerit Salicet.in. l. prima.C. de ambitu.& (iudicio meo) non rectè, & contra dict. l.primam. Poſtquàm verò tranſlatum fuit in Imperatorem, ceſſauit in principe ambitus.Et ratio in principe eſt, quia non eſt præſumendum, quòd muneribus, & precibus moueatur, & quia actũ gerendo, omnia purgat.l.quidam conſulebant.ff. de re iudi. Nec etiam dici poteſt,vt voluit Albe.quòd in dict.l.dictus Barbarius non petit expreſsè, ſed tacitè bonis operibus,cùm hoc ſit confundere verba tex. qui expreſsè dicit.Barb.Philippus Romæ pręturam petit.& ſi ipſe non petiſſet,ſed populus Roman⁹ motus fuiſſet ad dandum dictam pręturam ſine eius petitione, improprijſsimè loquutus eſſet,

eſſet, q̃ ipſe petit, quod non eſt dicendũ, nec diſcedendũ eſt à verbis legis. l. non a liter. ff. de legat. 3. Nec etiam poteſt dici, q̃ quanuis dictus Barb. eo quia petiuit non debuerit prætor fieri, tamen quia fa ctus, tenuit. Quia multa non poſſunt fie ri, facta tamen tenent. l. patre furioſo. cũ ibi not. ff. de ijs qui ſunt ſui vel ali. iur. quia vt dicit ibi Alber. ſi eſt impedita petitio, non valet ſubſequuta conceſsio l. fin. in fin. C. ſi nupt. ex reſc. petãtur. Ex quibus concluditur, quòd idem Barba. prætor fuit petendo præturam, quia illi petere licuit. Et ideo probatur ex dict. l. clariſsimè, quòd precibus officium publicum petere licuit. ad idem text. expreſ ſior in. l. eos. ff. de Decuri. cuius verba ſunt. Eos qui vtenſilia negotiãt & vend. licèt ab ædilibus cędantur, non oportet quaſi viles perſonas negligi. Deniq; nõ ſunt prohibiti huiuſcemodi homines Decurionatum, vel aliquem honorem in ſua patria petere. &c. Ecce tex. clarum diſponentem officium peti poſſe, cui reſponderi non poteſt. Nec ſunt cauillanda illa verba, petere, vt placuit Accurſio quia expoſuit petere pro habere. Ad idẽ tex. in dict. l. Reus poſtulatus etiam ante ſentẽtiam honores petere principalibus conſtitutionibus prohibetur. At nec intereſſet plebeius an Decurio fuerit, ſed poſt annum quem reus delatus eſt, pete re non prohibetur. qui text. dilucidè pro bant poſſe officium peti. Et hanc opinio nem, quòd liceat petere, tenẽt gloſ. Bart. & omnes in dict. l. prima. ff. de ambi. & Bart. in lectura. & in repetitio. Bald. Alb. in dict. l. Barba. & hoc etiam tenet ibi Ia ſo. in. 4. columna. in ver. in glo. deſigna tus. Et hoc ſequitur Abb. in capit. tuam. de ætate & qualitat. & Tacitus li. ij. hoc expreſsè tenet, quem refert Budæus in annotationibus. ff. veteris. in titul. de of fi. quæſtoris. verba cuius hæc ſunt. Cun ctisque ciuium ſi bonis artibus fiderent licitum petere magiſtratus, & ita obſer uat vniuerſus orbis, quia ferè nullũ con fertur officium ſiue electione, ſiue proui ſione, ſiue alio quocunque modo, niſi petitum, & huiuſmodi mos luculentiſ ſimè probatus eſt in ſimilibus electioni bus. Et ſi propter petitionem electio iſta caſſanda eſſet, omnia mundi officia caſ ſari deberent. In futuris poteſt dari lex, ſed hactenus mos & conſuetudo præte rita ſeruanda eſt, maximè cùm illa ſit iu ri conformis. Nec obſtãt allegata in con trarium. Nam. l. prima. C. de ambitu. in telligitur de repetitione officij, quod iam fuit quis aſſequutus, hoc enim non licet repetere. Itaque qui anno fuit offi cialis, nõ poteſt petere, quòd illi iterum de eodem officio prouideatur, quia ho nores non ſunt continuandi. l. prima. C. de honor. non continu. libro. 10. Ad. l. ſi quenquam. C. de epiſcop. & clericis. re ſpondeo, quòd loquitur in dignitate epi ſcopali, ad quam nemo volens, ſed inui tus trahendus eſt. Quod hodie malè ſer uatur, cùm nullus ſit, qui non optet to tis viribus epiſcopum fieri. nam omnes tenent epiſcopatum, aut dignitatem ec cleſiaſticam non eſſe petendam. in dict. l. ſi quenquam. & in dict. l. Barb. Nec ob ſtat dict. l. prima. ff. de ambitu. quia ſecũ dùm gloſſ. & Bart. ibi. loquitur quando clandeſtinè petitur officium, tunc enim non licet. vt dict. l. prima. ſecùs verò ſi palàm, & publicè, tunc licitum erat offi cium petere. argument. l. non exiſtimo. ff. de excuſa. tutor. & l. fi. ff. de ritu nupt. & ſic intelligũtur iura ſuperiùs allegata. Et ita tenẽt Richar. Bar. Bald. & Alber. in d. l. Barbarius. Et quãuis Alberi. in. 2. col. ſequitur eam in princ. ibi, dũ dicit, iuxta hoc ſequeretur, an petens dignitatẽ inci dat in. l. Iuliã ambitus. dic, aut petit palã, & bona fide, nõ offerẽdo pecuniã, & nõ incidit, vt hîc ſcđm ſolu. Io. An. dum tñ ſit idoneus, aliàs puniretur. arg. l. fi. C. ad l. Iuliã peculatus. Hęc ſolutio quãuis cõ muniter teneatur, mihi nõ ſatisfacit, nec

eã teneo. Quia cũ nulla.l. fiat diſtinctio hæc, vtrùm clã, an palàm officiũ petatur nec nos facere debemus.l.de pretio.ff.de publicia.in rem actione. Ideo aliter crederem dicendũ, ſcilicet, q̃ indiſtinctè, ſiue clã ſiue palã officiũ publicũ licet petere. Nec obſt.d.l.1. qa intelligitur, q̃ pecunia officiũ petitur, q̃d clariſsimè.d.l.dicit, inquãtũ dicit, q̃ ſi in municipio contra hanc.l.magiſtratum, aut ſacerdotiũ quis petierit.&c.& tunc dicitur quis petere cõtra.l.ambitus.quãdo pecunia, vel munere petitur, nã aliàs prohibitum nõ reperio. Et hanc credo veram ſolutionẽ. Et vt verbis meis detur audacia, ita expreſsè dicit Bud. in annotationibus ſuper.ff.de pollicita. vbi allegando Publiũ Sulpitium conſulem hæc verba dicit. Petere autem honorem, vel ſacerdotiũ nunquàm lege Roma.prohibitum fuit, ſed contra.ll.de ambitu lataspetere id demum erat vetitum, hoc eſt, pecunia tributim, centuriatim ve pronuntiata. Moris enim fuit apud Romanos, vt cãdidati, & magiſtratuum petitores nõ modò publicè, palam q̃, ſed etiam ſingulatim vnumquemq; orando, obſecrãdo, prehẽſando, hoc eſt, promiſsionẽ accipiendo, peterent. Ad idẽ alleg. Cicero.in.2.de oratore. vbi inquit in perſona Craſsi. Cũ peterent magiſtratũ, ſolebãt imprehenſando dimittere à me ſchedulã. Imò fortius.d.l. ſi quis ob honorẽ. videtur permittere officiũ pecunia petere, cũ dicat. Si quis ob honorẽ, vel ſacerdotiũ pecuniã promiſerit, & ante honorẽ & magiſtratũ in ea decedat.&c. Et ſic videtur.l. permittere magiſtratum pecunia petere, quod denegat dict.l.1.ff.de ambitu. Sol.dd. quòd dict.l. 1. loquitur de honore cũ adminiſtratione, & hoc non licet. dict.l. ſi quis. & aliæ ſimiles loquuntur de honore ſine adminiſtratione. doct. ita dicunt. At in dict.l. ſi quis ob honorem. videtur q̃ loquatur de ſacerdotio, & magiſtratu, de quo loquitur dict.l.1.ff.de ambitu. & nõ poteſt aſsignari ratio, quare magis in vna.l. q̃ in alia ſacerdotium & magiſtratus erant ſine adminiſtratione. Et ideo (iudicio meo) vera ſolutio eſt, quòd dict.l.1.ff.de ambi. intelligatur, quando antequàm aliquis erat deſignatus ad ſacerdotiũ, vel magiſtratũ, pecuniam, vt deſignaretur, dabat, tunc enim in.l. Iuli. ambitus. inci debat. dict.l. ſi quis ob honorem. & ſimiles intelligantur, quando vltrò à populo erat deſignatus, & antequàm officium iniret, vltrò pecuniam promittebat, hoc enim licitum erat. Nam antiquitus priùs magiſtratus deſignabantur, & aliquo tẽpore elapſo, magiſtratus inibatur. & ita declarat Budæus in dict. l. ſi quis ob honorem. Quæ ſunt notanda, & ſpeculanda ad intellectum multarum. ll. Ad.l. fi. C. de reputa. reſpondeo, quòd ibi non dicitur, quòd nõ liceat petere officium, nec poteſt dici, quòd hoc dicat in eo q̃ dicit ambitione vel pretio, & ſic ambitio ponatur pro petitione & precibus, & pretio pro eo quod ſonat. Quia cùm (vt ſuprà dixi) ambitio eſſe non poteſt ſine intereſſe, nõ poteſt ibi ſumi ambitio pro precibus, ſeu petitione, ſed cùm ambitio & pretium idem ſunt, & vnum ſine alio eſſe non poteſt, exponendum eſt ambitione & pretio, ideſt, pretio ambitioſo. vt dicimus in rubrica. C. de ſeruitutibus & aqua. cùm ſeruitus & aqua ſeruiens idẽ ſunt, exponitur, ideſt, de ſeruitute aquali. Et hęc eſt natura dictionis & vel, quòd quando ponitur inter duo ſubſtantiua idem importantia, vnũ ſubſtantiuum cõuertitur in adiectiuũ alterius, vt latè not. in.l.1.ff.de iuſt.& iur. Vel aliter & clariùs q̃ ibi ambitione ponatur pro alijs muneribus & ſeruitijs in pecunia nõ exiſtẽtib⁹ & pretio pro pecunia: itaq; q̃ ambitus committatur, ſiue pecuniam largiendo, ſiue aliud munus loco pecuniæ.

Stat ergo ex ſuperioribus, hæreditatẽ poſſe precibus acquiri, non ſecùs, quàm dignitates, & officia, aut munus publicũ.

Quòd

Quòd aũt hæreditas precibus acquiratur, cautè intelligẽdũ eſt. Non enim ſola deprecatio vnius, & cõceſsio alterius ſufficeret, niſi ea conceſsio fieret per teſtam. ſolenne, vel ſimilem aliam vlt. vol. vt in l. hæreditas. C. de pact. conuen. Nam & per contrarium hæreditas nondum delata amitti non poteſt repudiatione ſimplici. vt in. l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hære. l. is qui hæres. in prin. eod. titu. nec etiam per pactum conuentum. l. pactum dotali C. de colla. l. ſi quando. §. illud. C. de inof. teſtamen.

16 *Pactum de non ſucc. li cèt fiat ab eo, qui integram legitimã recepit, non ualet, cum quibuſdam, cõtra communẽ.*

Quinimò etiam ſi filius, qui integram legitimam à patre recepit, faceret pactum de patri non ſuccedendo, adhuc tamen per tale pactum à patris ſucceſsione non intelligeretur excluſus, nec illud pactum quicq̃ valeret. vt probat tex. in ſui generalitate in. d. §. illud. & in dict. l. pactum dotali. facit. l. fi. ff. de ſuis & leg. Quod & probatur ratione. Nam olim hæreditas abinteſtato lege deferebatur, & quaſi in bonis noſtris non eſſet, neq; ego meam hæreditatem alicui ex teſtamento dare poteram, quia teſtandi poteſtas tunc nulli hominum data erat, nec longè minus poteram eam dare per pactum: illudq; tãtùm licebat, vt res ſuas poſſet quis dum viueret alicui concedere, quo tempore ius, poteſtasq; erat concedendi. §. venditæ. &. §. per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſione. at poſt mortem dare vt nullus quicq̃ poteſt, ita quoq; non poterat concedere, ita vt effectus illius cõceſsionis poſt mortem ipſius concedentis cõferretur, quaſi paria eſſent quid tempore prohibito fieri, vel conferri in tempus vetitum, vt probat dict. l. hæreditas. iunctis ijs, quæ plenè dixim⁹ ſuprà. §. 2. in principio. Id quod etiam in adimendo procedebat. Nam qđ ego dare nõ poteram, nec poſſem adimere. l. quidam referunt. ff. de iure codicill. Itaq; poſtea ſuperuenerit ius, poteſtasq; diſponendi de hæreditatibus noſtris, ex teſtamento tamen id licet, non etiam per actum inter viuos, & quo ad actus inter viuos relinquimur in terminis antiquæ prohibitionis, vt plenè docemur infrà. §. ſeq. circa prin. Ergo qui velit ſuam hæreditatem legitimis hæredibus auferre, is ſciat per modum vltimæ vol. id ſibi permiſſum, non ſic per modum actus inter viuos. Rurſus qui ſuam hæreditatem alicui extraneo velit concedere, is ſimiliter ſciat per modum vltimæ vol. non autem per actum inter viuos id ſibi licere. vt ex dictis ſuprà. §. 2. & infrà. §. ſeq. ad prin. fuſiùs apparebit. Simile in. §. 1. Inſtit. de inut. ſtip. l. inter ſtip. §. ſacram. ff. de verb. obl. l. cætera. §. 1. ff. de leg. 1. Ergo cũ filius meus ad meam hæreditatem à lege inuitetur, ſi ab ea eum remouere velim, per vlt. vol. id facere potero, eum exhæredãdo. per totũ Inſti. de exhæ. lib. &. ff. de. lib. & poſth. & C. de lib. præt. & de poſth. hær. inſt. p actũ autem inter viuos nõ potero. vt dict. l. hæreditas. C. de pact. conu. d. l. pactum dotali. d. l. fi. d. §. illud. Neq; ad rẽ pertinet, q̃ inter viuos integram legitimam receperit, nec etiam ſi ferè vniuerſa bona mea recepiſſet. nam nullibi vnq̃ reperitur diſpenſatum, q̃ ex hac cauſa, q̃ integram legitimam, vel etiam ferè omnia bona patris filius receperit, deſinat ad patris hæreditatem abinteſtato inuitari, nõ ſecùs, q̃ ſi accepiſſet nihil, licèt tunc ſoleat à fratribus aliquando ope exceptionis remoueri, do nec conferat in quibus caſibus conferendi ius eſt. Non quoq; facto teſtamento is filius excludetur, niſi expreſsim ſit vel in his quod acceperat inſtitutus, vel exhæredatus à reliquis bonis paternis ex hac cauſa, q̃ integram inter viuos legitimam recepiſſet, quo caſu quid iure authen. denuò inductum fuerit, alibi oſtendimus. Sed & tunc verum eſſet filium excludi teſtamento, non autem ex vi pacti inter viuos initi. Itaque is filius, qui fecit pactum de non ſuccedendo, licèt integram legitimam inter viuos recepiſſet: ſiue pater in teſtat⁹ decederet, ei inteſtato ſuccederet:

ſiue patris teſtamento præteritus eſſet, illud teſtamen. nullum dicere poſſet: ſiue etiam exhæredatus eo teſtamento eſſet, tunc non pacto, ſed teſtamento excludi videretur: ſiue inſtitutus eſſet in eo, quod inter viuos receperat, tũc quaſi à reliquis bonis ſeparatus, & exhæredatus videretur, non pacti vi, ſed teſtamenti excluſus intelligeretur, vt ſic nullo caſu vnq̃ defendi poſsit communis opi. exiſtimantium, q̃ filius, qui integram legitimam recepit, poſsit per pactum repelli à ſucceſsione patris. De qua communi opin. per Decium in.l.pactum dotali.num.16. C. de collati. per Natan in capitulo. quanuis. de pact. lib.6.num.6.gl.in dict.§.illud. vbi Fulgo. idem ſentit glo.in.l.1.§.ſi parens.ff. ſi quis à par. dum allegat.l.cum quo.§.fi.ff.ad legem falci. Bar.in.l.fi.C.de pact. Odofred. in dict.l.pactum dotali. Curti.Iunior.nu. 43.in dict.l.fi. vbi Alciatus in glo. quæ cõtra Iaſ.col.2.in dict.l. pactum dotali. Couarru.in dict.cap.quanuis.in fin. Decius nu.29.& Iaſ.nu.27.in dict.l.fi. C. de pact. ſentit glo.mag.poſt prin.in dict.l.fin.vbi rurſus Alci.in glo.iniquum. Alex.nu.28. in.l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.obli. num.28.vbi Romanus.num.20.Bar.n.7. in dict.l.fi.Alex. in dict.l. pactum dotali. num.8.Bart.in dict.§.ſi parens.gl.in.l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hęre.vbi per Areti. & alios.glo.in dict.cap.quanuis.

Tenendo noſtram ſententiam, quam non pauci tenent, vt dictis locis videbis, ad dict.§.ſi parens.in quo iacet fund.communis opi.facilis eſt reſponſio. Nam pater quo ad ſucceſsionem filij emancipati eo tempore æquiparabatur patrono reſpectu ſucceſsionis liberti. vt in dict.l.1.in prin.ff.ſi quis à par. ſed libertus non tenebatur patronum inſtituere in teſtamento, ſed ei dare legitimam ſuam, vel inter viuos, vel quoquo titulo in vltima volũtate.l.3.§.ſi debita.l.ſi ex patronis.ff.de bonis libert.l.ſi libertus cùm duos.&.l. ſi libertus ſub conditione.§. libertus.eod. gl. in.l.2.C.de bo.poſſ. contra tabu.liberti. Vnde ſimiliter ſi filius emancipatus patri ſuo legitimam integram dedit, vel reliquit, præteriri pater impunè potuit, neq; illo iure ad filij ſiue teſtati, ſiue inteſtati moriẽtis ſucceſsionem inuitabatur. Non ſic in filiofa. qui ad patris ſucceſsionem à lege inuitatur, à qua per pactum excludi non poteſt, ſed tantùm per vlt.vol.

Ad.l.cum quo.de peculio.§.fi.ff.ad legem falci.reſp.q̃ hæres, qui integrã quartam inter viuos recepit, non tam per pactum quàm per ipſum teſtam. à reliquis bonis excluditur, cùm licèt ad totum fuerit inuitatus, totũ eod. teſtamẽto reſtituere iuſſus fuerit. Ad.l.Papi.§.ſi qs mortis.& l.ſed ſi nõ mortis.ff.de inof.teſtam.reſp.q̃ filius, q̃ integrã legitimã inter viuos recepit, ſi exhæredetur, tũc nõ pacto, ſed teſtamento à reliquis patris ſui bonis excluditur: nam ſi exhæredatus non foret, à lege inuitaretur ad patris inteſtati ſucceſsionem, non ſecùs, quàm ſi à patre nihil accepiſſet, nec cum eo pepigiſſet.

17 Quid autem per contrarium, ſi pater, qui à filio integram legitimam recepit, pepigit cum eo de non ſuccedendo? Et tũc omnes ſuprà citati faciliùs admittũt, patrẽ ex vi huius pacti excludi à filij ſucceſsione per.d.§.ſi parens. eſtq̃; communis omnium ſententia ſecundùm Couar. vbi ſuprà. Quod ſanè verum non eſt iure.ff.quo iure, vt oſtẽdimus, filius, qui integram legitimam patri ſuo inter viuos dederat, non ſimpliciter, ſed hac contemplatione, vt pro legitima id haberetur, eũ poterat impunè præterire, nec tũc pacto excludebatur, ſed ipſa legitimæ receptione, vel numeratione, nec hac in re pactũ conuentum neceſſarium erat, ſed ſat ſuperq̃; erat volũtatem huius quoquo modo intelligi. vt apertè probat.d.§. ſi parẽs. & dict.l.ſed ſi non mortis. &. d. §. ſi quis mortis.

Pactopater non excluditur à ſucceſsiõe filij, licèt integram legitimam receperit. cõtra cõem.

18 Sed hodie iure auth. quo iure ſecundũ cões opi. de quib⁹ alibi dicemus, cùm pater à

Idem iure. ff. cõtra mẽ

tem cõmu = nis opi.

ter à filio præteriri impunè nõ poſsit, niſi expreſſa iuſta cauſa præteritionis. §. aliud quoq;. cũ ſeq. in auth. vt cùm de app. cog. euidentiùs eſt cõmunem ſententiam veram nõ eſſe. Nam tunc licèt pater inter viuos integram legitimam reciperet, & pactus eſſet de non ſuccedendo, adhuc per tale pactum à filij ſucceſsione non excluderetur: ſed ſiue ille inteſtatus decederet, ei inteſtato ſuccederet: ſiue teſtatus, eius teſtam. poſſet impugnare: ſi præteritus, relinqueretur non ſecùs quàm ſi nihil pactus eſſet. Nam vtcunq; reluctaris, nunq̃ poteris inuenire illud pactum quicquam prodeſſe, non magis, q̃ ſi interpoſitum non fuiſſet. Sicq; hoc etiam caſu communis opi. vera non eſt, dum vult patrem pacto excludi.

19 *Idem in fratre, contra mentem cõ munis opi.*

Qua ratione contra mentem communis ſententiæ idem dicerem in fratre, qui integram legitimam recepiſſet, hoc pacto inito, ne fratri ſuo ſuccederet: nam & tunc ſi fratrem turpem perſonam inſtitueret, frater præteritus poſſet querelam mouere, nec pacto excluderetur. Ita intelligo & amplio. l. fratres. &. l. ſi fratris. C. d̃ inoffi. teſtamento. Siue etiam ille inteſtatus decederet, tũc is frater ei ſuccederet in teſtato, non ſecùs, q̃ ſi pactus nil eſſet.

20 *Idem in matre, contra mentem cõ munis opi.*

Vnde idem quoq; contra mentẽ communis opi. firmarẽ in ſimili pacto facto à matre cum filio ſuo, nam adhuc filio inteſtato ſuccederet, non obſtante pacto, & integra legitimæ receptione, contra eius autẽ teſtam. agere etiã poſſet, in quib⁹ caſibus agere liceret, nullo pacto interpoſito. Et ita intelligo. d. §. aliud quoq;. cũ ſeq. & l. cùm filium. C. de inoffi. teſtamen.

21 *Idem ſi mater filiũ uellet excludere, contra mentem cõ munis opi.*

Qua ratione idem ſimiliter cõtra mentem & ſententiam communis opi. intelligerem in pacto ſimili, ſi per contrarium filius recepta integra legitima paſciſceretur de non ſuccedẽdo matri ſuæ. In omnibus enim his caſibus, & ſimilibus cùm huiuſmodi perſonæ à lege inuitentur ad ſucceſsionem iſtorum, nec hæreditas pactionibus inter viuos initis ſubiaceat, relinquitur pactionem nullius omnino eſſe momenti.

22 *Idem iurẽ regio, contra mentem cõis opi.*

Vnde ead. ratione. & in terminis. l. 6. Tauri, per quam abinteſtato parentes inuitantur ad ſucceſsionem liberorum non ſecùs q̃ liberi ad ſucceſsionem parẽtum, dicerem contra mentem communis opi. ſuprà relatæ, q̃ licèt integram legitimam à liberis recepiſſent, & pepigiſſent de nõ ſuccedẽdo, adhuc tñ ſuccedere poſſent, non ſecùs, q̃ ſi pactũ nullũ interfuiſſet, aut in quibus caſibus ſuccederent, ſi pactum nullum interfuiſſet. quòd not.

23 *Emancipatio pretio facta, delictum nõ uidetur, cõtra communẽ.*

Deniq; quod Bart. & communiter docto. in l. fi. C. de pact. & pleriq; eorũ, quos ſuprà retulimus. & glo. in dict. l. pactum dotali. vbi Alex. num. 6. & Iaſ. num. 3. in fi. & glo. in dict. cap. quanuis pactum. verbo, lex ciuilis. vbi Georgi. Nat. num. 6. Alex. & Iaſ. col. 2. in dict. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. obli. cum quibus communis opin. eſt ſecundùm Couar. in dict. cap. quanuis. in fi. quod (inquã) aiunt patrem qui filium nõ gratis, ſed pretio emãcipauit, videri delictũ feciſſe, ſicq; quaſi delinquentem filij hæreditate indignum reputari, eaq; priuari, id quidem nullo colore defendi poteſt. Conſtat enim pretiũ hoc caſu recipere, eſſe de genere permiſſorum, ſicq; impunitum. vt in. l. vtrùm. ff. de verb. obli. Neq; ad rem pertinet, q̃ pater, qui pretio filium emancipauit, nõ habeat beneficium bo. poſſ. contra tabu. vt in dict. §. ſi parẽs. Nam & ſimiliter qui ſeruum ſuum non gratis, ſed pretio manumiſit, non habet beneficium bo. poſſ. cõtra tab. liberti. l. 3. §. 1. ff. de bo. libert. facit. l. pen. & fi. ff. ſi quis à parente. & tamen dominus ille per hoc non videtur deliquiſſe, licèt ſimiliter nõ videatur beneficium liberto ſuo feciſſe, aut dediſſe, ſed magis vendidiſſe. vt. dd. ll. aliud eſt enim maleficium feciſſe, aliud verò beneficium non feciſſe. Itaq; licèt hoc caſu neq; pater, neq; dominus beneficium filio, aut ſeruo

feciſſe

feciſſe videantur,& conſequenter beneficium prętoris meruiſſe non intelligãtur, nõ magis,q̃ videtur venditor emptori beneficium feciſſe,tamẽ pater, & ſeruus nõ propterea vidẽtur maleficium feciſſe, nõ magis, quàm vẽditor reſpectu emptoris. Neque his aduerſatur. d. §. ſi parens. cuius verus ſenſus eſt, quem modò ſignauimus.

24 *Legitimæ imputatur, quod filius hoc pacto accepit,ut à patris ſucceßione abſtineret, cõtra cõmunẽ*

Stat ergo ex ſuperioribus,q̃ licèt filius receperit integram legitimam, & pactus fuerit de non ſuccedendo, nõ excluditur à ſucceſsione patris. Cæterùm tale pactũ in hoc ſaltẽ vtile eſt, vt id, quod hac lege inter viuos datum fuit, nõ ſimpliciter datum,aut donatum intelligatur,ſed hac.l. & contẽplatione, vt pro legitima habeatur, ſi legitimam expleat, vel ſi minus ſit legitima,imputetur in legitimam. Conſtat enim quod hac tacita contemplatione datum fuit, vt in legitimam imputetur, vel pro legitima habeatur,imputandum eſſe in legitimam, non ſecùs, quàm ſi nominatim cautum eſſet. text. in.l. ſi non mortis. ff. de inofficioſo teſtamento. text. in. l. quoniam nouella. C. eod. titu.& in.l. ſi quando.§. & generaliter.in prin.eod.tit. Facit in ſimili auth. de triẽte & ſemiſſe.§.illud.l.1. cum glo. & authen. ibi poſita.C.de colla.l.3.§.penult.& fin.ff. de bon.liber.ſentit Bart.in.l. in quartam. ff.ad leg.fal. Licèt contrarium teneant in ſpecie communiter docto.in.d.l.ſi quando.§.illud.per tex.ibi.ita Butrig.& Cinus. in.d.§.illud.ſentit Deci.cõſil.181.col. pen. q̃ ſaltem eo caſu,quo pater voluit aſtringere filium per pactum ne amplius peteret, admittit glo.in vlt. ſolutione in. d. §. illud. vbi ſequũtur Fulgo. Paul. & Iaſ. & Georgi.Nat.in dict.cap.quanuis.num.6. in fi.& Sali.in dict.§.illud.dicens,q̃ oportebat nominatim à patre caueri, vt illud in legitimam imputaretur.Qua de re per Iaſ.in.l.pactum.col.2.C.de collat.qui firmat illud in legitimam imputandum. quod & ſentit gl.Bar. & Oldral.in.d.l.ſi non mortis.Barto. Petrus,& Salice.nu. 1. in dict.l.omnimodo.per Imol.in.l. ita tamen.§.qui rogatus.ff. ad Trebellia. & in l.inter cætera. ff. de libe. & poſthum. vbi Alexand.col.1.Paul.& Iaſ.in dict.l.omni modo.Alberic.& Fulgo.in dict. l. ſi non mortis.Areti.in dict.l. inter cætera. Xuarez in.l.quoniam in prio.fol.2.col.3.&.4. C. de inofficioſo teſtamento. Ex quibus apparet vtranque opi.ſatis receptam eſſe. Sed noſtra opin. affirmatiua, vt imputetur in legitimam, longè verior eſt,per ſuprà dicta.

25 *Intelle. l. ſi quãdo. §. illud. C. de inoffi. teſtam.*

Et verus ſenſus.d.§.illud.eſt,quòd querela ibi ſumitur pro petitione ſupplementi legitimæ: nam & eodem ſenſu accipitur verbum,querela, in. §. & generaliter. qui ſtatim ſequitur poſt dict. §. illud. in verbo, legitimam partem repleri. iuncto verbo,omni excluſaquerela.vbi qui poſt mortem patris accepit quod ſibi relictũ fuit, licèt eſſet minus legitima,ſi conuenit cum hæredibus de amplius non petendo,text. ait omnem querelam excludi, quia tunc ſupplemẽtum legitimæ petere non poteſt. Nam querela, vt ibi & alibi ſæpe, generaliter ſumitur pro querimonia.vt in. l. contractibus. in prin. C. de non nume.pecu.docet Cataldi. de ſyndicatu. num. 115. Itaque in dict.§. illud. indubitatum erat, quòd id, quod filius accepit,in legitimam imputandum erat, & conſequenter ceſſabat querela ad reſcindendum teſtamentum totum, ſed pater agebat, vt etiam ceſſaret querela, ſeu querimonia ad legitimæ ſupplementum: qui enim legitimæ ſupplementum petit,querulus eſſe ſolet, quaſi pater erga eum impiè ſe geſſerit,vt ſic.&c.

Stat ergo, quòd in terminis dict. §. illud.filius licèt non poſſet mouere querelam ad reſcindendum totum teſtamentum, tamen legitimæ ſupplementum petere poſſet, vt tamen id, quod acceperat, in legitimã imputaret. Et is eſt verus ſenſus illius text.

Ex quo

26 *Supplemen tum legitimæ qua actione peta tur, & quã to tempore præſcriba tur, noua opinio.*

Ex quo apparet, & ex dict. §. illud. ſecũdùm hunc intell. planè infertur, q̃ legitimæ ſupplementum eadem actione petitur, qua portio primordialiter relicta. Vt enim ſi nihil relictum eſſet, tunc querela daretur ad integram portionem virilem conſequendam: ita quoq; quãdo aliquid relictum fuit, quaſi eadem querela dari videtur ad id quod deeſt conſequẽdum. vt in dict. §. illud. Cùm enim ſupplementum legitimæ ſit quoddam augmẽtum, ſupereſt, vt eadem actione conſequatur, qua id, quod primordialiter relictũ fuit. vt tenent Bart. & communiter doct. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. in. 2. parte. dum ait, quòd portio accreſcẽs petitur eadem actione, qua illa portio, quæ primordialiter relicta fuit. quod & probat text. rectè intell. in l. ſcimus. in prin. verbo, ipſo iure. & in §. repletionem. C. de inoffi. teſtamẽ. Vnde ſi quod primordialiter relictũ fuit titulo ſingulari datum erat in teſtamento, tunc videtur eaſdem actiones competere ad ſupplementum, quæ competebãt ad primordialiter relictũ. Quòd ſi portio hereditaria primordialiter relicta fuit, tũc ſupplementum legitimæ conſequetur familiæ herciſcundæ iudicio, licèt non ſic, quando primordialiter datũ inter viuos traditum fuerat, nam tunc ſupplementũ neceſſe eſt vt cõdictione ex lege petatur. vt tenuit glo. communiter approbata in l. omnimodo. C. de inoffi. teſtamen. quæ hoc tantùm caſu defendi poteſt. Quod nota, quia nullus aduertit.

Qua ratione apparet, q̃ legitimæ ſupplementum non ſemper eodem tempore præſcribitur: nam aliquando breuiore tempore, aliquãdo verò tardiore præſcribitur, ſecundùm vitam longam, vel breuem earum actionum, quæ competunt pro eo ſupplemento conſequendo, cùm in alijs caſibus aliæ (vt diximus) actiones competant. Vnde cauẽdum eſt à Iaſ. qui in l. certi condictio. in prin. num. 25. poſt plures, quos ipſe refert. ff. ſi cert. petat. tenuit eadem ſemper actione tale ſupplementum competere, eodemq; tempore ſemper præſcribi.

27 *Legitimæ imputatur datum etiã hac lege, ne filius patri ſucceederet, contra com munem cũ altera com muni.*

Quòd autem diximus in legitimã imputari id quod filius à patre cum hoc pacto recepit, vt querelam non moueret, id variè intelligitur. Primùm enim intelligitur in filiofa. vt in dict. §. illud. & d. l. ſi nõ mortis. C. de inoffi. teſtam.

28 *Idẽ in filio emãcipato, cum com muni cõtra mentem alterius com munis.*

Secundò intelligitur etiã in filio emancipato, in quibus caſibus ei debetur legitima. Nam per d. l. ſi quando. §. fin. verſic. quæ omnis ſanctio. C. de inoffi. teſtamẽ. hæc materia procedit in omni perſona, quę teſtamentum poſſet impugnare. Qđ apertiùs probat. d. l. omnimodo. eod. tit. ibi, alio modo ſubuertendis. Idq; eſſe videtur ex mente illius communis opi. quã ſuprà ſequuti ſumus cõtra alteram communem.

29 *Idẽ in filio quo ad matrem, cum cõmuni cõtra mentem alterius cõmunis.*

Tertiò intelligitur in liberis reſpectu matris, per eadem iura. Quod eſſe videtur ex mente. d. communis opi. quam ſequuti ſumus cõtra alteram communem opi. ibi relatam.

30 *Idem in patre agente cõtra filiũ, cum cõmuni cõtra mẽtem alterius communis.*

Quartò per eadem iura idem intelligitur ex mente eiuſdem communis opin. contra illam communem aduerſam, vt procedat per contrarium in filio, qui aliquid eodem pacto patri ſuo inter viuos dediſſet. Nam licèt tale pactum non valeret quo ad impediendum legitimæ ſupplementum, tamen valere non deſineret quo ad hoc, vt id in legitimam imputare tur, ſicq; querela ad totum teſtam. reſcindendum ceſſaret.

31 *Idem in filio erga matrem, cũ cõmuni cõtramentem alterius cõ munis.*

Quintò per eadem iura & ex mente. d. communis opi. cõtra illam communem ſibi aduerſam idem intelligitur etiam in filio, qui cum matre ſua ſimile pactum feciſſet, & ei aliquid inter viuos ea lege dediſſet. Nam licèt per tale pactum mater ab eius hæreditate non excluderetur, tamen pactum in hoc ſaltem vtile eſſet, vt datum in legitimam matris imputãdum eſſet, ſicq; querela ad totum teſtam. euertendum

tendum ceſſaret. Quæ nota, quia nullus ſic declarat.

32 Sextò eadé quoq; ratione idé (ex mente eiuſd. communis opi. quam contra alterâ ſibi aduerſam ſequuti ſumus) intelligitur etiam in fratre, qui alteri fratri aliquid daret, poſteaq; vel inteſtatus decederet, vel teſtatus turpi perſona inſtituta. Sicq; intelligas. l. ſi fratris. &. l. fratres. C. de inoffi. teſtam.

Idē in fratre ergafratrem. cum cōmuni cōtra mētem alterius cō munis.

33 Infertur ſimiliter ex ſuperioribus, q̄ li cèt pater aliquid inter viuos filio dederit, & pepigerit, vt cum eo ſit contētus, neq; plus petere poſſet, aut querelam mouere, adhuc per tale pactum nō priuaretur pater beneficio. d. l. omnimodo. imò ſi datum inter viuos nō explebat legitimam, filius querelam mouere ad reſcindendū totum teſtamentum non poſſet, ſed tantùm agere ad ſupplementum legitimæ. Licèt contrarium tenuerit glo. in dict. §. illud. in vlt. fol. quæ hoc caſu volebat. d. l. omnimodo limitari. Sequūtur ibi Paul. Fulgo. & Iaſ. & Georgi. Nat. in cap. 2. n. 6. in fi. de pact. in. 6. Nos autem tenemus cō trarium. vt ſuprà diximus. per quod ampliatur. d. l. omnimodo.

Querela non datur, ſed tantùm ſupplemētū legitimæ, li cèt pater pepigerit cū filio de non ſuccedendo, contra commu nem.

34 Quod eadem ratione intelligitur procedere, etiam ſi pater fa. cum filia ſua ſimiliter pactus eſſet, quia fœminæ hodie maſculis exæquantur. vt in. l. maximum. C. de libe. præt. §. pen. & fi. Inſti. de exhæ. lib. Quod ſimiliter eſt contra mentem gloſ. Fulgo. Paul. Iaſ. & Georgij. vbi ſuprà.

Idem ſi tale pactum fieret cū filia contra mētem cōmunis opinio.

35 Id quod ſimiliter eadem ratione intelligitur, ſi auus paternus cum nepotibus ſuis tale pactum faceret, quia hodie liberi vlterioris gradus exæquantur in hac materia liberis primi gradus. per. d. l. maximum. & dict. §. penulti. & fi. Id quod eſt cōtra mentem & ſententiam eorundem.

Idem ſi tale pactum fieret ab auo contra mētem cōmunis opi.

36 Id quod quarto loco intelligitur, quā do mater cum filio filiáue pactum tale feciſſet, nam adhuc non tam peccaſſe videretur, vt per hoc priuaretur beneficio. d. l. omnimodo. retento noſtro intellectu ad dict. §. illud. Id quod ſimiliter eſt contra mentem & ſententiam eorundem.

Idem ſi mater ſic conueniſſet cū filio cōtra mentē communis opi.

37 Quod & quintò contra eorum mentem & ſententiam defendi debet, etiam ſi tale pactum filius faceret cū patre ſuo, cui aliquid inter viuos ea lege dediſſet, nam adhuc idem foret, vt is filius nō tam peccaſſe videretur, vt priuaretur beneficio. d. l. omnimodo. quinimò pater querelam ad totū filij teſtam. reſcindendum mouere non poſſet, ſed tantùm ad ſupplementum legitimæ.

Idem ſi ſic filius uoluiſſet patrem excludere, contra mē tem cōmunis opinio.

38 Quod & ſextò contra mentem & ſententiam eorundem intelligendum eſt, cùm mater tale pactum cū filio faceret, dum eum à ſua ſucceſsione excludere vellet.

Idem ſi ſic mater filiū excludere uellet, contra mentē cōis opini.

39 Idq; & ſeptimò per cōtrariū cōtra mē tem eorūdē, quādo filius matrem ſuam per tale pactum, aliquo inter viuos dato, à ſucceſſione ſua vellet remouere: nam in omnibus his caſibus & ſimilibus non tam peccatum videretur, vt per hoc ceſſaret beneficium. d. l. omnimodo. quinimò ſecūdùm nos ampliatur ſatisvtiliter, vt etiam his caſibus locum habeat, retento noſtro nouiſſimo intellectu ad dict. §. illud

Idem per cōtrarium contra mētem cōmunis opinio.

40 Illud autem non eſt prætermittendū, quod per. d. §. illud. Bal. & communiter docto. ibi tenent, quòd filia, quæ dote accepta, renuntiauit cum iuramento ſucceſſioni parternæ, non videtur intellexiſſe de legitima, ſicq; non prohibetur petere legitimæ ſupplementum. & eſt cōmunis op. vt per Deci. conſ. 180. & conſi. 379. nume. 15. Ripa lib. 3. reſponſorum. cap. 15. Areti. in dict. l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hær. Sed hæc concluſio eſt contra tex. in cap. quanuis. ſuprà alle. in ſui generalitate. Neq; ad rem pertinet. d. §. illud. ſed potiùs probat contrarium, dum ibi pactum deſinit valere, & in totum filiū excludere, non quidem ex defectu volūtatis, ſed magis ex defectu poteſtatis. quod & probat. l. fi. ff. de ſuis & legitimis. tam in principio,

Renuntiās cum iuramento hæreditati, excluditur etiam à legitima cōtra communē.

cipio,quàm in.2.reſponſo.&.l.pactũ dotali.C.de colla.facit.l.quidam in iure.§. fi.ff.de donat.quæ iura ſi ex parte renuntiantis adeſſet poteſtas,nõ dubitauerũt, quin eſſet animus,&voluntas in totum, & ſic etiam à legitima excludendi. facit tex.in.d.l.ſi quando.§. fina. præſertim in verſi.quæ omnis ſanctio. Facit,quia pater filio ſuo legitimam non debet de hæreditate aliena,ſed de ſua hæreditate,ſuis q; bonis.vt patet.& probat text.in.l.ſcimus.in pr.&.§.repletionem.& authẽ.nouiſſima.&.l.parentibus.l.cùm quæritur. C.de inof.teſtamento.§.fi.Inſti. eodem.l. Papi.§.quoniã autem.&.§.quarta autem. &.l.ſi non mortis.ff.eod.Ergo filia, quæ renuntiat cum iuramento hæreditati patris,etiam legitimæ ſuæ,quæ ex illa hæreditate ſibi,non ex alia debetur,renuntiaſſe videtur.Facit, nã hæreditatis appellatione ſimpliciter prolatæ,tota hæreditas venit,nihilo dempto.l.ſi quis cùm totũ. ff.de excep.rei iudi.l.1.verbo.totius.l. inde Neratius.ff.de vſufr.acc.l. Mæuio. in pr.verb.totus.ff.de leg.2.l. Iulianus.ff.de lega.3.l.ſi pluribus.ff.de lega.1.l. ſi ſeparatim.ff.de cond.& dem. l.cõiunctim.verbo.totam.ff.de lega.3.l.vn.§. vbi autem. &.§.ſeq.C.de cad.toll.l.cùm quæſtio. C. de lega.Ergo quæ ſimpliciter hæreditati renuntiat, ex proprietate ſermonis nihil excepit, ex mente autem excepiſſe ſimiliter videtur nihil.vt.dd.ll.quinimò ridiculum eſt dicere,quòd ex mẽte aliquid, id eſt,legitimam videatur excepiſſe,quia tunc pactum nihil operaretur. Conſtat enim,quòd filia taliter renũtians,nõ impeditur ſuccedere patri inteſtato, non quoq; ex teſtamẽto.vt ſecundùm veras & communes op.reſoluimus in.§.ſeq.cõtra teſtamen.autem ſimiliter venire non poſſet,ſi legitimam haberet:ergo dicere, quòd intelligeretur contra teſtamen.nihil vltra legitimam petiturã ex vi iſtius renuntiationis tam ſolennis tam q; iuramento firmatæ,cùm etiam ſi nihil renũtiaſſet,nihil q; iuraſſet,plus petere nõ poſſet,ludibrio,& riſu dignum eſt,& magis eluſorium, quàm longa confutatione egeat,præſertim cũ hæc op.nullũ fund. habeat,præter.d.§.illud.quod noſtrã,nõ communem probat ſententiam.

Et noſtram ſentẽtiam cõtra cõem primũ intellige in filia renuntiante. vt. dd. iuribus.

41 Secũdò etiam in filiof.qui accepta dotione propter nuptias ſimiliter renuntiaret,quia dos & don. propter nup.exæquãtur.l.quoniam nouella.C.de inof. teſtam. cõtra mẽtẽ eiuſd.cõmunis op. *Idẽ in filiof. renũtiante cõtra mentẽ cõis op.*

42 Tertiò contra mentem eorund.com muniter intellige etiam in nepotibus,& deinceps in quibus caſibus eis debetur, quia iure nouo exæquãtur liberis primi gradus.l.maximũ.C.de lib. præt.§. pe. & fi.Inſti.de exhær.lib. *Idem in nepote cõtra mentem cõmunis opi.*

43 Quartò intellige cõtra mentẽ eorũd. cõmuniter,vt procedat,etiam ſi nihil omnino accepiſſent.id quod faciliùs procedit,vt in ſimili per Areti.in.d.l. qui ſuperſtitis. *Idem ſi nihil eſſet acceptũ contra mẽtem cõis op.*

44 Quintò intellige contra menten eorundem cõmuniter etiam in patre, qui aliquo à filio accepto ſimiliter cum iuramento renuntiaſſet,cùm hac in re videãtur æquiparari.l.nam & ſi parentibus.ff. de inof.teſtamento. *Idem in patre renũtiãte cõtramẽtẽ cõis opi.*

45 Sextò contra mentem eiuſd. commu nis ſententiæ intellige etiam in matre, q̃ eod.modo cũ iuramento filij hæreditati aliquo accepto renuntiaſſet.argumento l.cùm filium.C.de inof.teſtamẽto.& per generalitatem.d.l.omnimodo. &. d.l.ſi quando.in fin.verb. *Idem in matre renũtiãte cõtramẽtẽ cõis op.*

46 Septimò intellige in filio vel filia matris ſucceſſioni ſimiliter renũtianti cũ iuramẽto, nã in omnibus his caſibus legitimæ peperciſſe nõ videntur,ne aliter renũtiatio nullius foret momẽti, quod eſt contra mentẽ dictæ cõmunis op.ſed nobis veriſſimũ,& etiam in iudicãdo ſequẽdum videtur propter ſalutẽ animarum. *Idẽ per cõtrariũ contra mẽtem cõis.op.*

47 Quæro deniq; circa intell.d.§. illud. &.d.l.pactum dotali.&.d. c. quanuis. cũ similibus. quare omnes istę leges non in stipulatione, sed in pactione nuda loquãtur? Respondeo, quòd ius in rerum natura non existens, quale est ius futuræ successionis, nec potest adquiri stipulatiõe, nec etiam potest amitti, aut perimi repudiatione, aut acceptilatione. l. qui supstitis. ff. de acq. hær. l. is qui hæres. in pr. eod. tit. facit in simili. l. inter stipulãtẽ. §. sacrã. §. de verb. obl. §. 1. Insti. de inut. stip. Vt. n. posthumum nondum conceptum perimere non poteris, ita quoq; ars ciuilis, q̃ naturam imitatur, nõ permisit, vt huiusmodi iura nõdũ creata possent perimi. quia non entis (secũdũ philosophũ) nullæ sunt passiones. l. decem. ff. de verb. oblig. §. seruus. Insti. de capitis diminutione l. sed & si manẽte. ff. de precario. Cùm ergo constaret ipso iure id perimi non posse, & de eo tantùm agendum esset, vt si quando ius illud competere cœpisset, daretur exceptio, consequens fuit, vt de pacto potiùs loqueremur, quod ad exceptionem producendam spectat, quàm de stipulatione, quæ ad ius perfectè adquirẽdum, vel de acceptilatione, quæ ad ius perfectè perimendum pertinet. Præterea secundùm cõmunem op. de qua diserimus infrà. §. sequẽti. qui per pactũ renuntiat efficaciter futuræ successioni, quale est cùm interfuit iuramẽtũ. d. c. quãuis. is non excluditur à successione patris instati, & longè minus impeditur succedere ex testamẽto, sed solũ cõtra testamẽtũ agere vetatur, vnde si cõtra testamẽtum egerit, pacti exceptione repellitur, nõ minus efficaciter, q̃ si per solennẽ stipulationẽ facta esset renũtiatio, ficq; de stipulatione, & eius solẽnitate quasi superflueret, nõ fuit facta mẽtio in casibus, qui cõprehendũtur in. d. iuribus. Estq; nouissimus & verissi. intell.

Intell. l. pactũ. C. ã col la. l. si quãdo. §. illud. C. de inoffi. testam. c. 2. de pact. n. 6.

48 Vnde cauendum est à Ias. & Deci. qui in. d. l. pactũ dotale. eam legẽ & concor-

Pactũ inter

cõtra suam generalitatẽ turpiter restringẽtes, dicebant ea iura necessariò esse intelligenda in filia emancipata: neq; aduertunt etiam in filiaf. procedere, quę patri in casibus & materijs permissis obligatur, & pater ipsi obligatur per pactum, quod producit obligationẽ nat. l. frater à fratre. versiculo. nat. vbi omnes l. si id quod. ff. de cond. indeb. facit. §. 1. Insti. de fideiuss. facit. l. iurisgen. §. igitur nuda. ff. de pact. Nec ad rẽ ptinuit, q̃ lis nulla esse possit inter eos. l. lis nulla. ff. de iudicijs. nam nõ agebatur, vt inter patrẽ & filiũf. renuntiantem lis esse posset, sed vt esse posset inter ipsum renuntiantẽ, & hę redes patris pascisentis.

patrem & filiumf. utile esse potest contra Ias. Deciũ & alios.

Redeundo ergo ad hęredis institutionem, quæ non vi, vel iusto metu, sed precibus, ambitu, & blando sermone hæredis scripti facta proponatur, tunc si hæres ita scriptus sit, quidam eleganter contendunt, talem hæredem, si posteà adeat hæreditatem, teneri ex vero & proprio contractu. Licèt enim regulariter hæres adeundo hæreditatem nõ ex vero & proprio contractu, sed tantùm ex quasi contractu teneatur. vt in. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & obligat. & in. §. hæres quoq;. Instit. de obliga. quæ ex quasi cõtractu nas. tamen illud intelligunt in hærede, qui scriptus fuit citra sui facti interuẽtum: cùm autem interfuerint preces sui & ambitus, iam quasi ex facto suo teneri videtur tam legatarijs, quàm creditoribus. Sed bellissimè tentari potest, quòd licèt nullum factum eius interfuerit, tamen creditoribus semper teneatur ex vero contractu. Et præmitte duas conclusiones, quæ cõmuniter receptæ sunt.

49 Hæres tenetur legatarijs ex quasi contractu. hæc prima. Hæres tenetur creditoribus ex quasi contractu. hæc secunda: Ratio ad primam conclusionem, quia is non tenetur ex delicto, nec ex cõtractu. ergo. &c. Quòd aũt ex cõtractu nõ teneatur, patet: quia legatarius nullã cõuentionẽ

Hæres an ex quasi cõtractu teneatur creditoribus.

conuentionem fecit cum hærede, nec cũ defuncto. Et ratio dubitandi ex. l. apud Iulianum. §. fi. cum. l. ſeq. ff. quib. ex ca. in poſ. eatur. vbi adeundo, contrahit. Sed reſpon. quòd non propriè contrahit. vt. l. ex malefi. §. hæres. ff. de act. & ob. Et ampli. concluſio vt contrahere videatur nõ ſolùm qui adiuit, ſed etiã qui immiſcuit l. ſed & is. ff. quib. ex cau. in poſſ. ea. Videbatur contra, quia filius acquirit hæreditatem ex diſpoſitione legis. l. in ſuis. ff. lib. & poſthu. §. ſui. ff. hær. qual. &. §. ſui. Inſti. de hær. abi. melior tex. in. l. conditionib⁹ pupillus. de cond. & de. ff. ergo. &c. Sol. Acquiſitio hæreditatis in perſonis filiorum eſt duplex. Vna, quæ fit per. l. ipſo iure, & iſta eſt reuocabilis. dd. §§. ſui. l. neceſſarijs. de acq. hæredi. & in iſta nullus contractus interuenit, nec quaſi contractus. Altera ex facto hominis per immixtionem, & iſta eſt irreuocabilis. l. iam dubitari. in fi. ff. de hær. inſti. l. ſi. filius qui patri. de vulg. & in iſta interuenit quaſi cõtractus, cùm fiat per actum ipſius filij.

Sed ſecunda concluſio non eſt vera, vt patet in. §. hæres. Inſti. de oblig. ex quaſi cõtract. ibi. legatorum nomine. non dicit, debitorum. & ibi. nullum negotium legatarius geſſiſſe. et ibi. neq; cum defuncto. innuit enim à cõtrario ſẽſu, q̃ is, qui vllum negotium contraxit cum defuncto, hæredem obligatum habet, non ex quaſi contractu, ſed ex proprio contractu. Idem probatur etiam tripliciter inducendo in. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de act. & oblig. Tertiò adduco rationem. Nam ex perſona ſucceſſorum qualitas obligationis non poteſt immutari. l. 2. §. ex his. de verbo. obli. l. 2. §. incertam. ff. de prætor. ſtip. l. cui fundus. in. fi. de condi. & de. ff. Si ergo ex vero contractu obligatum habeo defunctum, ex vero ſimiliter contractu eius hæredem obligatum habeo, ne aliàs qualitas obligationis ex perſona hæredum immutaretur. Quartò hæres repreſentat perſonam defuncti, ergo quibus actionibus ex contractu natis defunctus tenebatur, ex ijsd. & hæres teneri deberet. facit regula. quod ſubrogatus. &c. ſed hæredem conſtat ſubrogari loco defuncti. ergo. &c. Tenendo hanc partem, nil obſtat. l. apud Iulianũ. §. fi. ff. quib. ex ca. in poſſ. dum ait (etenim videtur pupillus contrahere, cùm adit hæreditatem) nam ille non eſt contractus, ſed quaſi. vt denotat verbũ. videtur. & dum ait, contrahere, non aperit cum quibus, intelligendum ergo eſt cum legatarijs. Quòd ſi id referas ad verbũ, creditorum hæreditariorum, quod videtur ex mente literæ, quaſi qui adit, etiam cũ creditoribus videatur quaſi contrahere. Sed tũc reſp. dupliciter. Primò, quòd creditorum appellatione, largo modo veniunt legatarij. tex. eſt in. l. creditores. & in. l. creditorum. & vtrobiq; Alciatus. ff. de verbo. ſig. ergo dum ibi fit mentio de creditoribus, non dubium eſt, quin poſſit intelligi de legatarijs. Sed & ita intelligi debere, patet: quia in pr. illius text. fuit quæſtionis, an pupillus patiatur miſsionem propter legata, quæ debebat, & deciditur quòd poſsit creditoribus volenti bus, ergo vt reſponſio cõgruat interrogationi (iuxta. l. vt reſponſum. C. de trãſ. in. l. inciuile. ff. de legib. in. l. Titia. §. 1. ff. d verb.) oportet, quòd verbum, creditores, intelligatur de legatarijs. Præterea quæſtio præcedens, declarat reſpon. ſequentem. l. fina. ff. de hær. inſti. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. ergo verb. illud, creditores, quod poteſt tripliciter intelligi: vel de creditoribus tantùm: vel de legatarijs tantùm: vel de vtrisq;, declaratur vt de legatarijs tantùm intelligatur. Quòd ſi de vtrisq; vis intelligere (quod ſatis probabile eſt, tum vt ſeruetur generalitas illius textus, tum etiam, quia ſi adeo hæreditatem, non minus videor velle obligari me creditoribus, quàm legatarijs, cùm ante aditionẽ conſtat neutris me obligatũ fuiſſe)

tunc dic,quòd legatarijs tenetur ſolùm ex quaſi cõtractu,quia nullum negotiũ geſſerunt cum hærede,neq; cum defuncto.vt.dd.§§.hæres.ſed creditoribus tenetur & ex quaſi contractu,qui reſultat ex aditione. vt.d.§.hæres.vbi gl.& ex cõtractu,propter negotium, quod creditores cum defuncto geſſerunt,qui contractus magis cõſiderari debere vel ex eo liquet, quòd creditores cõueniunt hæredes nomine defuncti,ergo magis inſpicitur ille verus,quàm iſte fictus contractus.Conclude,quòd creditoribus debetur ex cõtractu,quẽ fecerũt cum defuncto,legatarijs verò ꝺbetur ex teſtam.ipſe aũt hæres vtriſq; obligatus fuit ex quaſi cõtractu, vel ex aditiõe.ante.n.quàm adijſſet, obligatus non erat.Itaq; ead.cauſa eum variè obligauit:ſicut ſi ex credit.hæred.alij obligatum haberent defunctum ex mutui receptione,alij ex venditione,is adeũ do per eund.actum varijs obliga. ſubiaceret.

Deniq; nouum,aut mirum non eſt,ſi vnum idemq; factum varias obligationum ſpecies producat,variosq; effectus. Nam & is,qui pecuniam mihi ſolutionis cauſa dedit, cùm re vera nihil deberet,debere tamẽ ſe iuſto & legitimo errore putaret,facit,vt inde nunc diſtractus, nunc verò quaſi contractus videatur ori

Intell.§. itẽ is.Inſtit. de obl. ex quaſi cõtract.

ri. Circa quam rẽ, & quo ad.§.is quoq;. Inſti.quib.mod.re contrah. obliga. &.§. item is .Inſt.de oblig. ex quaſi cõtractu. &.l.ex maleficijs.§.is quoq;.ff.de actio.et oblig.quæ iura probant,quòd qui accepit indebitum, tenetur ex quaſi contractu,& ead.iura innuunt contrarium, vt magis ex diſtractu obligatus videatur, conſidera,ꝙ inter ſoluentem,& accipiẽtem vnum agitur expreſsè,& aliud tacitè.Expreſsè agitur,quòd illa ſolutio obligationem tollat.Tacitè verò agi credendum eſt,vt obligationem inducat ad reſtituendum,ſi fortè id indebitum reperiatur.Primum probatur in.dd.§§. Secũdum probatur argumento.l.ſi in area.ff. de cond.indeb.vbi ait,aliquid negotijgeſtum videri inter ſoluentem indebitum & accipientem.facit.l.ſi non ſortem.§. ſi decem.eod.titu.vbi Iaſ.num.2. Et vtrũq; membrum videtur probari in.d.§. item is.cum conc.vbi poſtquàm dixit ex quaſi contractu obligationem oriri, ſubdit, ſi certiorem rationem ſequamur, magis ex diſtractu ortam videri.quaſi dicat,& ſit ſenſus. veritas huius inueſtigationis pendet à vol.ſoluentis,& accipiẽtis, quorũ expreſſa, & verbis declarata vol. fuit diſtrahere,quę vol.vt pote verbis expreſſa,certior appellatur: ſed tacita vol. fuit contrahendi obligationem ad reſtituendum,ſi fortè indebitum eſſet:& quia veritas præfertur opinioni,& concurrit cũ tacita vol.contrahentium, ideo nomen deſumptum eſt potiùs a tacita vol. cum qua cõcurrit veritas, quàm ab expreſſa, cum qua concurrit error,qui tollit conſenſum.vt.ff.de iur.om.iu.l.ſi.per errorẽ. Quæ nota,quia noua declaratio.

Illud autem non eſt prętermittendũ, qđ à quibuſdam cõtrouerſum fuit, quare Iuſtinianus cùm quis indebitum per errorem ſoluit,tractauit primùm in. §. is quoq;.Inſti.quib.mod.re cõtrahitur oblig.& rurſus eandẽ materiã repetijt ſub alio longè diuerſo titulo, nẽpe ſub titulo.Inſti. de obliga.ex quaſi contractu.§. item is.glo.ibi variat.Vnde quantum ad glo.1.d.§.item is.Inſti.de oblig. ex quaſi contract.dum opponit de.§.is quoq;. Inſti.quib.re contrah. reſp. vltra oẽs doct. ꝙ vt ad producendam quãcunq; ſpeciẽ oportet quòd interueniant duæ cauſæ.ſ. efficiens,& materialis,& altera ſine altera non ſufficit (nec enim ex maſſa auri fiet anulus,niſi aurifex illum faciat: nec etiam ſolus aurifex illum facere poſſet, dempta auri maſſa)ita ad producendam oblig. oportet eaſd. duas cauſas interuenire.ſ.efficiens,& materialis:efficiens,eſt conſenſus , qui adhibetur ab homine:

materialis,

materialis,eſt vel res,vel verborum ſolẽnitas,vel ſcriptura. Modò ſic. Receptio indebiti pertinet ad titul.quib. mo.rẽ cõ contrah.ob. propter cauſam materialẽ, quæ eſt ipſa res: pertinet & ad titul.de obliga.ex quaſi cõtract.propter cauſam efficientem,quæ eſt conſenſus.Nam inter ſoluentem indebitũ, & recipiẽtem, eſt ficta quædam vol. & præſumpta, vt ſi quid indebitũ fuerit, id reſtituatur.argumẽ.l.ſi in area.ff.de cond.indeb.Hinc infero,quòd Imperator videtur diminutus:quia dum dixit.quib.mod.re cõtrah. oblig. deberet addere.quibus.mod.re & conſenſu.& dum dixit.de oblig. quæ cõtrahuntur verbis.deberet addere & conſenſu.& dum dixit.de lit.ob. deberet dicere.de ob.quæ contrah. literis. & conſenſu.Sol.Imperator voluit docere differentias,quæ ſunt inter iſtas obliga.ſed omnes iſtæ obligati.differunt inter ſe quo ad cauſam materialem,non quo ad cauſam efficientem, ideo de cauſa tantùm materiali (quæ eſt aliquando ipſa res,aliquando verborum ſolennitas, aliquando ſcriptura) fecit mentionem, non de efficiente,qualis eſt conſenſus, qui vniformiter pertinet ad omnes omnino obligationes.l.obligationum ſubſtãtia.per totam.ff.de act.& oblig.l.1.§.adeò.ff. de pact.Quæ nota,quia nouiſſima.

Vel dic,retento eodẽ ſenſu,quòd cauſa formalis eſt multiplex,cauſa verò materialis eſt vniformis.Vt enim ex eadem cera,maſſa,vel metallo varias formas fabricari poſſumus:ita ex vno eodẽq; conſenſu agentium poſſunt variæ formæ cõtractuũ effici. Ergo conſenſus loco materiæ,vel ſubſtantiæ in omnibus obligationũ ſpeciebus ſeu formis deſideratur.l. obligationum ſubſtantia.ff.de act.& obliga.nec eſt cõmutabilis, aut alterabilis, forma autem variabilis eſt:nam is cõſenſus,ſeu materia per interuentũ verborũ producit verborũ obligati.per interuentum ſcripturæ producit literarum obligationem: per interuẽtum rei,producit obligationem,quæ re cõtrahi dicitur, & ſic de ſingulis.Ergo Imperator voluit docere varietatem obligationũ quo ad formam,in qua poſſunt inter ſe differre, nõ quo ad materiam,vel ſubſtãtiam,in qua differre non poſſunt.

Sic & in teſtamẽtis,& reliquis vlt.vol. Nam alia forma eſt teſtamenti in ſcriptis, alia verò teſtamenti nuncupatiui.l. hac conſultiſſima.in pr.&.§. per nuncupationem.C.de teſtam.l.ſi vnus.eod.tit. §.1.cum ſeq.iuncto.§.fi. Inſti. de teſtamẽ. aliaq; forma eſt teſtamenti cæci.vt.dd.ll. & hac conſultiſſima.C.qui teſtamen.facere poſ.alia verò forma eſſe videtur ſecundùm quoſdam in teſtamento militis.l.diuus.ff.de mili.teſtamen.§.planè.Inſti.eod.alia etiam forma codicillorum. vt Inſti.de codi.per totum Tauri.l.3.l.1. titulo.2.lib.5.ordina.& tamen dum iſtarum rerum differentias traderẽt Iurecõſulti & Imperatores,omiſerunt de voluntate teſtantis ratiocinari,nõ quòd ea adeſſe non oporteat in omni vltima voluntate,quinimò principem locum tenet in omni vltima vol.l.in conditionibus primum locum.ff.de cond. & dem. authẽ. de nupti.§.diſponat. adeò,vt ex voluntate defuncti ab omni ferè iuris regula recedatur,vt diſſeruim⁹ ſuprà lib.1.§.3.per totum cum multis.§§.ſeq.quod & in teſtamẽto militis ſimiliter procedit.l. ſicut certi.l.ſi cùm vel in vtero.C.de teſta.mil. l.captatorias.l.ſi Rufinus.eod.titulo.Sed de tali volũtate ratiocinari omiſſum fuit q; ea in omni vlt.vol.vniformiter adeſſe oportet,vt ſic vltimarũ diſpoſitionũ nulla à reliquis declinata, aut diſtincta ſit quo ad voluntatem,quæ pro ſubſtantia earum eſt.l.1.ff.de teſtamen.Sed quia vltimæ diſpoſitiones quo ad formam inter ſe differunt,ideo formarum differentiæ ſeparatim traditæ fuerunt, & otioſum fuiſſet de voluntate in ſingulis quaſi eand.cantilenã repetentes ratiocinari.

Nam vt homo mortuus homo non eſt, ſed hominis mortui cadauer: ita quoq; vltima teſtantis, aut codicillantis diſpoſitio vltima vol. non eſt, remota volũtate, licèt formam, ſpeciẽ, imaginẽq; habeat vltimæ voluntatis. l. filio quem. ff. de lib. & poſthu. iuncto tex. in rubr. & per totũ ff. de cada. puni. l. mortuo. ff. de leg. 2. Vnde (vt illuc redeamus vnde abſceſſimus) ſi teſtator fuerit coactus, teſtamen. nullũ erit ex defectu voluntatis, licèt formam, & imaginem habeat teſtamenti.

Teſtator debet ſcribere uel nũcupare nomẽ hæredis.

51 Item requiritur &. 23. quòd ipſe teſtator nomen hæredis exprimat proprio ore, quando teſtamentum eſt nuncupatiuum, vel illud propria manu ſcribat, quãdo teſtamẽ. eſt in ſcriptis, ſi ſcit, & poteſt ſcribere: quòd ſi neſciat, vel non poſſit, tunc oportet q̃ proprio ore nomina hæredũ exprimat. Iſta eſt vera & cõmunis op. p̃ tex. ibi in. l. iubem⁹. C. de teſtam. tradũt oẽs p̃ text. ibi in. l. hac cõſultiſſima. §. at cùm humana. C. q̃ teſtam. fac. poſsũt.

Hæredis inſtitutio an ritè fiat ad interrogationem alterius, cum cõmuni cõtra Iaſ. & alios

52 Illud autẽ dubiũ eſt, ſi teſtator p̃prio ore non expreſſit, nec ſua manu ſcripſit nomen hæredis, ſed alio hæredem nominante ipſe agnouerit ſe illum hæredem facere, an valeat teſtamentum? Qua in re cõmunis op. eſt, tale teſtamẽtum valere. Ita tenet glo. in. d. l. iubemus. quã omnes ibi ſequũtur ſecũdũ Iaſ. ibi. n. 10. Bar. & cõmuniter docto. in. d. l. hęredes palã. in pr. Ang. in. l. in fraudẽ. §. 1. ff de mili. teſta. Anto. & Imol. in. c. cùm tibi. de teſtam. Roma. conſi. 306. Propoſita cõſultatio. & in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verbo. obliga. Ange. in pr. Inſti. de teſtamen. ſequitur & dicit cõmunẽ opinionẽ Alex. cõſi. 33. lib. 3. inci pi. Põderatis verbis. Cinus, Bal. & Ange. qui hãc dicit cõmunẽ opi. & approbatã, tã in iudicijs, quàm in ſcholis in. d. l. iubemus. vbi etiã Iaſ. nu. 10. qui eos refert, firmat, q̃ hæc op. tenetur ab omnibus. Couarru. de teſtam. in. c. cũ tibi. n. 4. &. 5. qui plures allegat contra contrariã partem, vt tale teſta. nõ valeat, tenet Iaſ. vbi ſuprà. mot⁹, quia forma nõ poteſt impleri æquipollenter, vt ex cõmuni op. reſoluũt Alexã. & Iaſ. poſt alios in. l. 1. ff. de lib. & poſt. & nos latè diſſerimus. §. 4. n. 31. cũ præ. & ſeq. Quid dicẽdum? Et tenẽda eſt cõis ſententia: quia licèt teſtator ad interrogationẽ alterius reſpõderit, non ideo minus arguitur, voluntatẽ ipſius fuiſſe deliberatã, quinimò magis deliberata videtur. arg. l. 1. in pr. cũ. §. ſeq. ff. de verb. obliga. & q̃ tradunt docto. in rubr. eod. tit. dũmodò verbis reſpondeat, non nutu capitis, vel alijs ſignis. arg. d. l. 1. in pr. & in pr. Inſt. de verbo. oblig. & in his terminis loquũtur gl. & doct. ſuprà allegati. Et hæc communis op. probatur in. l. hac conſultiſſima. §. at cùm humana. C. qui teſtam. fac. poſ. Et cõmunem ſententiã ſequũtur etiã Alexã. in. d. l. iubemus. per tex. in. l. quoniam indignũ. C. de teſtam. Iaſ. in. l. vbi autem non apparet. §. illud. ff. de verb. oblig. Decius conſil. 489. In caſu occurrenti. nu. 3. Alex. conſi. 12. Viſo inſtrumento donationis. lib. 1. n. 6. idem Alex. conſi. 47. Abũdè. lib. 2. n. 7. Pariſi. conſi. 19. Cõſideratis. n. 13. lib. 3. Corn. in. l. hac cõſultiſſima. §. per nuncupationem. C. de teſtamẽ. Alexan. conſ. 176. colum. 2. cum ſequẽtibus. lib. 5. idem Alexan. conſi. 14. Viſis. nu. 15. lib. 6. Socinus in. l. ſi ita ſcripſero. col. 1. ff. de condi. & demonſt.

Sed vltra eos, quos ſuprà allegauimus, contrariam ſententiam, vt inſtitutio hæredis facta ad interrogationem alterius non valeat, tenet Corn. conſi. 77. Viſo. d. themate. lib. 4. nu. 1. poſt Pilleum in ſuis quæſtionibus. Iacob. de Are. in. d. l. hæredes palàm. ſentit Bal. in. d. l. iubemus. ſaltem in teſtamento nuncupatiuo, in quo l. codicis nõ reperitur correcta per auth. Et non obſeruato. C. de teſtam. & Salice. in. d. auth. & ibi Fulgo. Antonius in. c. cũ tibi. d̃ teſtamẽtis. Io. An. in addi. Specula. in tit. de teſtam. §. 1. verſi. quid ſi is qui.

Sed tenenda eſt cõmunis ſentẽtia, quę in teſtam. in ſcriptis abvtriuſq; partis fautoribus

toribus indifferēter recepta eſt per dict. authent. & etiam in teſtamēto nuncupatiuo verior eſt & receptior. Eſt etiam verum, quòd & ſi tale etiam teſtamentum factum eſſet ſuaſionibus, quòd teſtamētum non deſineret valere. vt per Corne. conſ. 209. num. 26. lib. 2. per. l. fi. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. &. l. fin. C. eod. titul. vt ſuprà dixi.

Inſtitutio ſit per poteſt per relationem ad aliud.

53 Sed iuxta iſtam partē dubitatur. Teſtator coram ſeptem teſtibus dixit ſe hæredē facere illum, qui continetur in quadam ſchedula manu ſua ſcripta, quæ eſt apud quendam, quæritur, an is, qui in. d. ſchedula continetur, rectè inſtitutus videatur? Et communis opini. habet rectè inſtitutum videri, quia nō refert aliquid certum ſit per ſpecificam ſui expreſsionem, an per relationem ad aliud. argum. l. vbi autem. §. illud. ff. de verb. Sed in cōtrarium fortiter faciebat, quòd attenta communi opinio. ſequeretur, quòd hæredis inſtitutio valeret ſine ſolennitate ſeptem teſtium (quod eſſet abſurdum, cùm iſta ſolennitas deſyderetur ad falſitates vitandas. l. fin. C. de fideicommiſ. §. fin. Inſtit. eod. facit. l. Iubemus. C. de teſtament.) Nam licèt ſeptem teſtes adhibiti ſint in illa ſcriptura, qua dico me illum hæredem facere, qui quadam ſchedula continetur, tamen illa ſchedula nō habet vim ſeptem teſtium, vnde ille, qui in dicta ſchedula ſcriptus eſt, leuiſsimæ ſolennitatis probationiſq; authoritate hæreditatem ſibi vendicauit, quod eſt multùm abſurdū, quia de facili falſitas committeretur contra dict. l. fin. C. de fideic. §. fin. Inſtit. eod. & dict. l. iubemus. Præterea pro forma deſiderātur ſeptem teſtes in hæredis inſtitutione, vt vel vno deficiēte, inſtitutio corruat. l. ſi vnus. C. de teſtam. l. hac conſultiſsima. eod. Bart. in. l. nemo poteſt. coium. 1. vbi omnes. ff. de legatis primo. facit. l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactionibus. at in quæſtio. noſtra inſtitutus, illius ſolius ſchedulę, p batione nititur, ergo non deberet obtinere. Et tenendo hanc partem contra cō munem non obſt. ratio communis opi. dicentis non referre, vtrùm aliquid certum eſſet per ſpecificam ſui expreſsionē, an per relationem ad aliud. Nam id verū eſſet, quando illa relatio eſſet indubitata. & ita loquitur dict. §. illud. ſecùs ſi ſit dubia & ſuſpecta, vt in noſtro caſu. Nā ſi teſtator dicit ſe eū inſtituere, qui continetur in quadam ſchedula ſua manu cō ſcripta, quæ eſt apud me, tunc ſi ego volo alicui gratiam facere, facilè poſſum alium quàm quem teſtator voluit ſcribere, faciens aliam literam ſimilem literæ teſtatoris, vnde iſta relatio ſuſpecta eſt, cùm pendeat ab fide vnius ſolius. Sed tene communem opinio. Nam cùm dico coram teſtibus ſeptem, Is qui in tali ſchedula cōtinetur, hæres eſto. tunc ille modò inſtitutus videtur, & ſic ſolenniter coram teſtibus ſeptem, licèt incertum ſit apud teſtes quiſnam eſſet ille, quem teſtator hæredem eſſe voluit: vnde ſi poſtea illa ſchedula oſtendatur, quæ dicatur manu teſtatoris conſcripta fuiſſe, in qua nomen hæredis ſit ſignificatum, & declaratum, licèt iſta hæredis declaratio vel demonſtratio ſuſpecta facilè eſſe poſſit, quia literarum comparatio propter literarum ſimilitudinem ſuſpecta ſæpe eſſe ſolet, in iſta declaratione hæredis inſtituti leuior ſolennitas ſufficit, quàm in noua hæredis inſtitutione. vt. l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt. ff. de teſtament. vbi omnes, maximè Aretin. in princ. Quòd autē ſi dico coram teſtibus ſeptem, Quē in quadam ſchedula ſcripſi, vel ſcripſero, is hæres eſto. ille modò inſtitutus videatur, & ſic ſolenniter, non autem in illa ſchedula, probat text. in. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtituen. in verb. tamen ex teſtamento data videtur. &. l. inſtitutio. in verb. nec videtur hæreditas codicillis data. & in verb. quæ teſtamento data eſſet. ff. de cond. inſtituen. facit. l. hoc articulo.

ff.de hære.inſtit.&.l. ſi ita ſcripſero.ff.de cond.& dem.&.l.quem hæredi.ff.de rebus dub.&.l.1.C.de codici.&.l. Theopō pus.ff.de dote præleg.Hinc infero intel. ad dict.l.aſſe toto.&ad. d.l.inſtitutio. in quibus habetur,q̄ ſi dixi,Quē in codicillis hæredē ſcripſero hęres eſto. poſteaq̄; Titium in codicillis corā quinq; teſtib⁹ inſtitui,q̄ Titius ille hæres erit, videbatur cōtrarium:quia inſtitutio corā quinque tm̄ teſtibus codicillis facta non valet.l.ſi vnus.C.de teſtamen.l. hac conſultiſsima.eod.iuncto.§.fin.Inſt.de codicil. Sed non obſt. Nam procederent, ſi talis inſtitutio denuò coram quinq; tantùm teſtibus fieret,nam tunc non valeret:ſed modò ſecùs eſt, quia talis inſtitutio iam facta erat in teſtamento, ſed mō declaratur in codicillis, in qua declaratione tanta ſolennitas non deſideratur,quanta in cōſtitutione.vt dixi per d.§.ſi quid poſt. & dict.l.inſtitutio.& dict.l.aſſe toto.Sed certè iſta vera eſſe vidētur in declaratione,quæ fit per ipſum teſtatorem,quæ bene ſufficiat,licèt contineat minorē ſolēnitatem.& ita procedūt.d.§. ſi quid poſt. d.l.inſtitutio.d.l.aſſe toto.Secùs tm̄ videtur in declaratione faciēda per aliū,vt eſt in quæſtione noſtra.Dic q̄ imò idem eſt etiam in declaratione facienda per eum, cuius fidei cōmiſit teſtator. text. eſt in.l. Theopōpus.& in.d.l. quē hæredi. quod obtinet duobusdemum cōcurrentibus: q̄ & is,cuius fidei cōmiſit teſtator,iurat⁹ declaret.vt tenet Bar.in.d.l.Theopōpus nu.7.& q̄ aliæ coniecturę cōcurrant. vt Bart.ibid.n.5.& Paul.in.l.ſi ita ſcripſero. ff.de cond.& dem.& ibi Soci.ad fi.poſt a lios multos, quos ipſe refert.Iſta ergo p̄ cedunt propter tria,ſcilicet propter confidētiā probatāq̄; fidem, quā teſtator habuit de illo,cui illā ſchedulam tradidit. Et propterea q̄ agitur de declaratione inſtitutionis iam factę(certū enim eſt teſtatorem hæredem facere voluiſſe, licèt de quo dubitetur) non de noua inſtitutione facienda.Et propterea quòd is, cuius fidei cōmiſit teſtator,tenetur(vt dixi)iurare.Præterea & quartò, quia aliæ etiam coniecturæ concurrere debent, vt dixi. Hinc infero referre,vtrūteſtator dicat ſe teſtari prout continetur in quadam ſchedula manu ſua conſcripta,quæ eſt apud tertiū:an verò dixerit ſe teſtari prout cōtinetur in quadā ſchedula,quæ eſt apud tertium,non adijciendo, manu ſua conſcripta.Nā primo caſu adeſt & coniectura,quæ colligitur ex literarū cōparatione,& iuramētū illius,cuius fidei cōmiſit teſtator. Secūdo aūt caſu cū ceſſet illa cō parationis coniectura, ex quo teſtator non declarauit,cuius manu confecta eſſet illa ſchedula , ſequitur quia non aliter valeret iſtius(cui⁹ fidei cōmiſit teſtator)declaratio, quàm ſi præter eius iuramēt.aliæ etiam coniecturæ adeſſent.vt in.l.quem hęredi.ſuprà alleg.& ſuprà dixi.Quod nota,quia eſt pulchra limit.cō munis opin.Et demum de tota quæſtione vi.not.per Iaſ.in.l.vbi autem non apparet.§.illud. de verb.poſt omnes ibid. & per Bart.Paul.& Socin.not.in dict.l.ſi ita ſcripſero. & per Aretin. in.l. hæredes palàm.in princ.de teſtam. vbi Aretin.& Iaſ.tenent cōtra communem. Et ex mea limitatione potes colligere not. conc.inter communem opin.& contrariam.

54 Et cōmunē op.vltra Iaſ.in.d.l. vbi aūt non apparet. §. illud. & alios ſuprà citatos.ff.de verborum obligatio. ſequūtur Decius conſ.489.In caſu occurrenti.nu. 3.Alexan.conſi.12. Viſo inſtrumento donationis.libr.1.nu.6.idem Alex. cōſ.47. Abūdè per excel.lib.2.n.7.Pariſius cōſil. 19.n.13. Cōſideratis.lib.3.q̄ omnes dicūt cōem eſſe ſentētiā valere teſtam.qm̄ teſtator fecit hæredē ad interrogationē alterius.p̄ Couar.de teſta.c. cū tibi.n.4. &.5. Quod intelligitur primò, quando ad interrogationem tabellionis reſpondit teſtator. Deinde etiam ſi ad interrogationem alterius. Tertiò non ſolùm ſi in-

Hæredis inſtitutio ad interrogationem alterius facta ualet cum communi.

ſi interroganti, Titium inſtituis hæredem? reſpondeat, Titium hæredem facio. ſed etiam ſi taliter interrogãti reſpõdeat, ſic. ſecundùm eoſdem. Facit. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verborum obligation. Et hanc communem op. ſequuntur Ange. in. l. in fraudem. §. 1. ff. de teſtamento militis. & probatur in. l. quoniam indignũ. C. de teſtamen. quem tex. optimum eſſe dicit Alexan. vbi ſuprà. ſequitur & dicit communem opinio. Alexand. in dict. l. iubemus. Ange. in princip. Inſtit. de teſtament. cũ ſimilibus ſuprà adductis. Corn. in. l. hac conſultiſsima. §. per nuncupationem. C. de teſtament. plenè Alexan. conſil. 176. columna. 2. cum ſequent. lib. 5. & conſ. 14. Viſis. nu. 15. lib. 6. & conſil. 114. Viſa ſcriptura. libr. 7. & conſi. 121. Diſcuſſis. libr. 1. & conſi. 77. Ponderatis. lib. 3. Socin. in. l. ſi ita ſcripſero. colum. 1. ff. de conditio. & demonſt. & conſi. 142. colum. 4. lib. 1. Alexand. conſi. 76. Ponderatis. nu. 5. libr. 3. Corne. conſi. 324. Viſo proceſſu. num. 19. libr. 1. Et ſic iſte eſt caſus ſpecialis, in quo priuata ſcriptura facit plenam fidẽ. Alios. 14. caſus ſpeciales, in quibus facit plenã fidem ſcriptura priuata, enumerat Iaſ. in. l. admonendi. num. 88. ff. de iureiuran. Adde, quòd ſi teſtator (vt ſæpiſsimè fit) commiſit alicui ſapienti, vt ſibi ordinaret teſtament. ſecundùm volũtatem, quam ei declarauit, & ille ſapiens ita fecit, teſtamẽtumq; ordinatum & deſcriptum ei obtulit, & ille teſtator coram ſolenni numero teſtium cùm iam intellexiſſet quę ea ſcriptura continebantur, adieciſſet ſe teſtari, prout continebatur in illa ſcriptura ordinata per illum ſapiẽtẽ, tunc id teſtament. valeret. vt reſoluit Corneus cõſil. 258. In hac conſultatione. num. 4. libr. ſecundo.

Adde, quòd potiſsima ratio, quæ vrgere videtur contra communẽ eſt, quòd (ſecundùm Iaſ. in. l. iubemus. C. de teſtament. gloſ. quẽadmodum.) vt valeat teſtamentum, oportet nomen hæredis ex plicitè declaratum fuiſſe à teſtatore, vnde non ſufficit implicitè per relationem ad ſchedulam. & eadem ratione tenet Iaſo. contra communem in. l. vbi autem. §. illud. ff. de verborum obligatio. Sed defendendo communem reſpõ. etiam implicitè factam hæredis declarationẽ ſufficere. quod probatur in. l. inſtitutio talis. de cond. inſtituen. & in. l. aſſe toto. de hæredi. inſtituend. vbi dixi, Quem codicillis ſcripſero, is hęres eſto. & is hęres ex teſtamento eſſe videtur, qui poſtea codicillis ſcriptus fuerit, vel etiam nuncupatus. iuxta gloſ. appr. in rubr. Inſtit. de codicil. & in rubr. C. eod. Ecce ergo q̃ nuncupatio hęredis codicillis coram quinq; tantùm teſtibus facta valet, licèt in. l. hæredes palàm. de teſtam. dicatur nuncupationem ita faciendam, vt ſaltem à ſeptem teſtibus exaudiatur. Ecce ergo, q̃ licèt iure. ff. requiratur à teſtatore ſcribi, vel nũcupari coram ſeptem teſtibus nomen hæredis in teſtamento, tamen id fieri poterat & in alia ſcripura, vel rectiùs ſufficiebat fieri implicitè in teſtamento per relationem ad aliam ſcripturam, licèt dicta ſcriptura non haberet ſolennitatem teſtamentorum, ſed minorem.

Si dixi, Titium ne facis hæredẽ? & reſpondeas. Facio an ualeat inſtitutio.

Et iuxta prædicta (licèt ſuprà inciden ter attigerim) quæro de ſimili quæſtione, quam mouet gloſ. quemad. in dict. l. iubemus. ſcilicet. Si alius interrogaret teſtatorem, an Titium vellet hæredẽ facere, & ille agnoſcat verbis, an valeat inſtitutio? Et dict. gloſ. cum qua eſt communis opinio. ſecundùm Alexan. Corn. & Iaſ. ibid. ſuper ead. tenet quòd ſic. Sed Iaſ. tenet cõtra communem, contra quã duo potiſsimè vrgẽt. Primum, quòd (vt naturaliter ſentimus, & probatur in. l. 1. cum gloſſ. de petiti. bo. ſub. lib. 11.) ſæpe quis concedit ad petitionem ſeu rogitũ alterius, quod vltrò daturus non eſſet, maximè in teſtamẽto, quod fieret ab eo, qui grauiter ægrotaret, quem plerunq; rerum humanarum nulla cura ſolicitat,

quo

